

Baker

3^d Ed

T H E S E S,

16


G R Æ C Æ

E T

L A T I N Æ,

S E L E C T Æ.

SPARSA COEGI.



LONDINI:

Ex officinâ JNIS WMI GALABIN et WMI BAKER,
in INGRAM-COURT; apud quos veneunt:

Ut et apud B. LAW, in AVE-MARIA-LANE.

M.DCC.LXXXIII.

P R Æ F A T I O.

DE novo libro, sicuti de advenâ seu peregrino quocunque, quis et qualis sit, et unde venit, quærere solemus: quapropter non abs re fore judicavi de hoc opusculo pauca præmonere lectorem.

Plures abhinc annos mihi moris fuit, si quid arriferit legenti, asterisco in margine libri notare; quæque sic notaveram, horis subsceivis, memoriæ causâ, in tabellas referre. Quanquam lentè progressus sim, opus crevit sub manu: cùmque me viderem antiquorum sententiis jam divitem factum, (nolens avaros imitari, qui thesauros in scriniis abscondunt,) ea quæ mei solius causâ priùs collegi nunc in publicum edo, minùs dubitans quin quædam saltem inter hæc excerpta et aliis placere possint. En, lector benigne, primordia farraginis quam patrocinio tuo commendare sustinui.

Omniū ferè scientiarum rudimenta quàm sint discētibūs ingrata, nemo ignorat. Pauca fanè, verè æstimanda, sine labore aliquo sunt paranda. Labor tamen ille quodammodò minuatur ejusmodi scriptis incumbendo quæ venustate et varietate animum demulcere, et tempus fallere, possint. Ut iis, qui cibos vulgares respuunt, cupedias parare solemus; sic fastidii, de quo nunc agitur, remedium haud aspernandum fortasse fuerit, sermonis lepôres, præcepta salubria, et dicta faceta, antiquorum, in corpus unum congefisse; ut lectores, qui de literarum molestiâ et doctrinæ spinis queruntur, jucundiùs discant, et versari videantur inter rosas spiculis carentes. Voluptati omnes inserviunt. Hujus augendæ causâ, sic excerpta disposui, ut Græca Latinis, orationi profæ poësis, seria jocosis, iis quæ sunt sine pondere habentia pondus, inter se confusè miscerentur; in æquo ponens quæ profundè investigavit Tacitus, et quæ juveniliter lusit Anacreon; nec forsan injuriâ sperans etiam levissimas men-

tes alicubi sistere posse. Vix ullius generis sententias rejeci; ex iis autem potissimum selegi scriptoribus quorum ora perfuderunt Musæ “ mellis dulci liquore.”

Non modò jucundiùs, sed etiam celebriùs, discimus ea quæ linguæ splendore ornata sunt: simul enim ac animus attentus redditur, sensus et elegantia illustrant vicissim et illustrantur. Auctoris ardor tali modo lectorem incendit; ut interpretis vice fungantur cor ipsum et cordis affectus; et lumen, quod offunditur, recreat, dum instruit, mentem legentis.

Si quis elegantiam scribendi consequi velit, nullo faciliore modo voti compos esse poterit quàm iis operam dando qui eloquentiæ palmam reportârunt. Eorum mores sensim adumbramus inter quos plurimùm versamur: et, ut animalia quædam videmus, quæ folia virentia depascunt, ipsa virefcere et cibi induere colorem; sic animus, scriptis auctorum discretis intentus, paullatim attrahit et sibi acquirit elegantiam. — Hoc nomine, vos, adolescentes, præcipuè appello, et hortor
ætatem

ætatem vestram ineuntem lucrifacere. Si Natura benigna vos juvenili decore honestavit, vestrum est vosmet ipsos ejus favoribus dignos præbere, et curare ut mentis cultus ornatui illi externo respondeat: mens enim ornatus, in corpore ornato, verè dici potest naturæ humanæ perfectio.

Non verò ornatum tantum esse curandum putavi. Inter alia, operam dedi ut systema quoddam morale, quamvis imperfectum et malè coherens, contexeretur, quòd aliquatenus mentem ab erroribus revocare, et cordis pravitates corrigere posset: ideòque ejusmodi præceptis diutiùs immoratus sum quorum ope puro naturæ instinctu innata semina virtutis liberiùs evolvantur; cujus fundamentum stabile et unicum esse videtur amor ille beneficus, qui, quoad res mundanæ sinunt, totum genus humanum complectitur. In omni ævo, sub velamento virtutis, quædam latuere vitia, quæ hunc amorem mutuum violentiùs impugnârunt. — Ambitio quorundam effrænata, qui cæde et sanguine

sanguine volutati sunt, pacem appellantes solitudinem quam ipsi fecerunt, victoriæ falso splendore nimis diù attonuit mundum. Non cogitantes quàm magnam partem miseriæ humanæ bello et gloriæ cupiditati debemus, rarò reputârunt homines quanti æstimanda est victoria sui.

— Quasi, corrugare frontem, hominis esset officia implere, austeritas aliorum simulata, quorum mentes tenebrosas nunquam exhilaravit lætitiæ lumen hominibus amicum, venerationem parem sortita est apud inscios; qui, speciem externam spectantes, ignorârunt in cordis recessu, ut in arce propriâ, latere virtutem, et supercilia folium esse superbiæ. — Et (ut verum appareat adagium illud vetus, — “CORRUPTIO OPTIMI PESSIMA,”) est ubi Religio ipsa, quamvis sit supernè delapsa, cùm minùs benè intelligeretur, hominum pectora felle et omni veneno implevit. Ea, quæ terram cum cœlo sociare proficitur, si ex quorundam crudelitate, temporibus non longè antea actis, judicare fas est, fœdus cum feris potiùs iniisse videatur,

tur,

tur, et quasi palàm fecisse amorem divinum odio constare humano.

Ex auctoribus quos spoliavi me omnes hausisse venustates minimè putari velim. Si omnes ex scriptis celebrioribus haurire tentâssem, varietati illi cui consului defuisset locus, nec tantam styliorum diversitatem (quam discipulis perutilem semper putavi) exhibere potuissem. Quanto plures sententias nitidas suppeditâsset Cicero, literarum, ut et sacrorum, antistes, ejus penna fluit perenni fonte eloquentiæ! Ex Senecæ operibus abundè hausi; quàm multa tamen intacta relinquere cogor! Qui, quanquam sit ubi, Stoico more, ab hominibus exigit humanam superantia sortem, nihilominus præceptis salutaribus abundat, quæ multum ad vitæ felicitatem et ad virtutem conferre queant; eaque præcepta ita condit, ut fiant medicina pariter et luxuria mentis. Musarum amicos ubique gentium pecuniæ infensos fuisse nemini ignotum est. Sed, si quid durius de divitiis aut voluptate ab illis scriptum inveniamus, non ideò magnopere

magnopere timendum est ne amor nummi, aut gustus voluptatis, penitus extingatur. Longior essem si omnes auctores percenserem, quorum operibus adjutus sum. Ut Juvenalem taceam, et quosdam alios memoratu dignissimos, quanto plura denique ex poëtâ illo eximio selegisse potui, qui, Pindarum laudans, superavit Pindarum; et non solum aliis institutionis viam jucundæ indigitavit, sed ipse insigni more miscuit utile dulci! — Sed, ut verum fatear, in tali auctore non omnino facile est notare scintillas, ubi totum est ignis, totum flamma. Et, si quando te, volucris Junonia, honoribus tuis spoliandi cupido est, plumis majusculis ferè contenti sumus: — totum corpus tuum venustum nudare religio est.

Hucusque progressus sum, nec adhuc omnes auctores antiquos compilavi. Quid posthac aliquis sit facturus, quomodo affirmari potest? Tempus futurum nullius est proprium. Jam verò tandem tutius visum est finem imponere, neque ulterius procedendo lectoris tentare patientiam,

A

donec,

donec, an hujusmodi collectio grata fuerit, ex suffragiis publicis certò intelligatur. Si ea quæ nunc offero placuerint, voluptas maxima erit et plura optari. — Interim ignoscat, oro, lector, quos deprehenderit, erroribus, quantumque licet faveat his (non ausim dicere meis) laboribus: nam, quæ a majoribus accepimus, nec fecimus ipsi, “vix ea nostra voco.”

W. BAKER.

Dat. e Typograph.

iv. Non. Jul.

C O R R I G E N D A.

Præf. p. iv. l. 20, *pro* orationi profæ *lege* oratione profâ.

—— p. vi. l. 12, *pro* coherens *lege* cohærens.

P. 11, l. 14, *pro* potentia *lege* potentia.

69, 22, *pro* 33-40 *lege* 39, 40.

135, 24, *pro* μάλιθ' *lege* μάλισθ'.

149, 7, *pro* transferam *lege* transferam.

Errores levioris momenti, si qui occurrant, condonabit lector.

TESTIMONIA.

TESTIMONIA.

*Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.*

Juv. Sat. I. 85, 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○

*Aut prodesse volunt, aut delectare, poetæ;
Aut simul et jucunda et idonea dicere vitæ.
Quicquid præcipies, esto brevis; ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Omne supervacuum pleno de pectore manat.*

Hor. Ars Poet. 333-7.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Lectio certa prodest: varia delectat. Sen. Epist. 45.

○○○○○○○○○○○○○○○○

— *Veluti pueris absinthia tetra, medentes,
Cùm dare conantur, priùs oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,
Ut puerorum ætas improvida ludificetur
Labrorum tenuis, interea perpetet amarum
Absinthî laticem, deceptaque non capiatur,
Sed potiùs tali factò recreata vale scat;
Sic ego nunc (quoniam hæc ratio plerumque videtur
Tristior esse quibus non est tractata, retròque
Volgus abhorret ab hâc) volui tibi suaviloquenti
Carminè Pierio rationem exponere nostram,
Et quasi musco dulci contingere melle.*

Lucret. I. 935-46. IV. 11-22.

○○○○○○○○○○○○○○○○

○○○○○○○○○○○○○○○○

In evolvendis utriusque linguæ auctoribus, nihil æquè spectabatur quàm præcepta et exempla publicè vel privatim salubria.

Sueton. l. II. in August.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— *Ego nec studium sine divite venâ,
Nec rude quid profit video ingenium : alterius sic
Altera poscit opem res, et conjurat amicè.*

Hor. Ars Poet. 409-411.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Λέξω τοῖσιν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν, ὡς διέκειτο.

Aristoph. Nub. act. III. sc. 3.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Soli omnium otiosi sunt qui sapientiæ vacant ; soli vivunt. Nec enim suam tantum ætatem benè tuentur : omne ævum suo adjiciunt. Quicquid annorum ante illos actum est illis acquisitum est. Nisi ingrati sumus, illi clarissimi sacrarum opinionum conditores nobis nati sunt, nobis vitam præparaverunt. Ad res pulcherrimas, ex tenebris ad lucem erutas, alieno labore deducimur : nullo nobis sæculo interdictum est : in omnia admittimur : et, si magnitudine animi egredi humanæ imbecillitatis angustias libet, multum per quod spatium temporis est. Disputare cum Socrate licet, dubitare cum Carneade, cum Epicuro quiescere, hominis naturam cum Stoicis vincere, cum Cynicis excedere, cum rerum naturâ in consortium omnis ævi pariter incedere.

Sen. de brev. vit. c. 14.

○○○○○○○○○○○○○○○○

*Inter cuncta leges, et percunctabere doctos,
Quâ ratione queas traducere leniter ævum ;
Ne te semper inops agitet vexetque cupido ;*

Ne

Ne pavor, et rerum mediocriter utilium spes :

Virtutem doctrina paret, naturam donet :

Quid minuat curas ; quid te tibi reddat amicum ;

Quid purè tranquillet ; — honos, an dulce lucellum,

An secretum iter, et fallentis semita vitæ.

Hor. Epist. l. I. ep. 18, 96-103.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— Ὡσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὀρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν
τὰ βλασθήματα καθιζάνουσιν, ἀφ' ἑκάστη δὲ τὰ χρήσιμα
λαμβάνουσιν, ἔτω χρῆ καὶ τῆς παιδείας ὀρεγομένης μηδενὸς
μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν.

Isoc. ad-Demon.

○○○○○○○○○○○○○○○○

*Quid quoque die dixerim, audiverim, egerim, com-
memoro vesperi. Hæ sunt exercitationes ingenii, hæc
curricula mentis.*

Cic. de Senect.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— *Petite hinc, juvenesque, senesque,
Finem animo certum, miserisque viatica canis.*

Pers. Sat. V. 64, 5.

○○○○○○○○○○○○○○○○

*Quæ sunt tradita antiquitùs, dicta ac facta præ-
clarè, et nôsse, et animo semper agitare, conveniet.*

Quint. Inst. l. XII. c. 2.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Jam molire animum, qui duret, et astrue formæ.

Solus ad extremos permanet ille rogos.

Nec levis, ingenuas pectus coluisse per artes,

Cura sit, et linguas edidicisse duas.

Or. Ars Am. l. II.

○○○○○○○○○○○○○○○○

*Ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia
sunt.*

Sall. B. Jug. c. 1.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Floriferis

oooooooooooooooo

*Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetuâ semper dignissima vitâ.*

Lucret. l. III. 11-13.

oooooooooooooooo

*Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant,
Secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium
præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoc-
tant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.*

Cic. pro Archiâ.

oooooooooooooooo

*Foculare tibi videtur, et sanè leve,
Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.
Sed diligenter intuere has nœnias;
Quantam sub illis utilitatem reperies!*

Phædr. l. IV. prol.

oooooooooooooooo

Σκόπει τοίνυν ὡς ἱερὸν χρῆμα συμβαλή.

Lucian. adv. indoct.

oooooooooooooooo

*Ipsis doctoribus hoc esse curæ velim, ut teneras adhuc
mentes, more nutricum, molliùs alant, et satiari velut
quodam jucundioris disciplinæ lacte patiantur. Erit
illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas af-
tringat. Hinc spes roboris. Maciem namque et infir-
mitatem in posterum minari solet protinùs omnibus mem-
bris expressus infans. — Facile remedium est uber-
tatis: sterilia nullo labore vincuntur. Illa mihi in pue-
ris natura minimum spei dabit in quâ ingenium iudicio
præsumitur. Materiam esse primùm volo, vel abun-
dantiorem,*

dantiorem; atque ultrà quàm oporteat fusam. Multum inde decoquent anni; multum ratio limabit; aliquid velut usu ipso deteretur; sit modò unde excídi possit, et quod exculpi: erit autem, si non ab initio tenuem nimiùm laminam duxerimus, et quam cœlatura altior rumpat.

Quintil. Inst. l. II. c. 4.

○○○○○○○○○○○○○○○○

— Καθάπερ γὰρ σφραγίδες τοῖς ἀπαλοῖς ἐναπομάτ-
τουταγκηροῖς, ἕτως αἱ μαθήσεις ταῖς τῶν ἔτι παιδίων ψυχαῖς
ἐναποτυπῶνται.

Plutarch. de lib. educ.

○○○○○○○○○○○○○○○○

*Cùm jam profeceris tantum, ut sit tibi etiam tui re-
verentia, licebit dimittas pædagogum: interim te ali-
quorum auctoritate custodi.*

Sen. Epist. 25.

○○○○○○○○○○○○○○○○

*Etiam illud adjungo, sæpiùs ad laudem atque virtu-
tem naturam sine doctrinâ, quàm sine naturâ valuisse
doctrinam. At, cùm ad naturam eximiam et illustrem
accesserit ratio quædam et confirmatio doctrinæ, tum il-
lud nescio quid præclarum ac singulare existit.*

Cic. pro Archiâ.

○○○○○○○○○○○○○○○○

— Ἀποσῆναι χαλεπὸν

Φύσεος ἣν ἔχει τις αἰεὶ·

Καί τοι πολλοὶ ταῦτ' ἔπαθον·

Ξυρόντες γνώμῃς ἐτέξων,

Μετεβάλλοντο τὲς τρόπους. *Aristoph. Vespræ.*

○○○○○○○○○○○○○○○○

*Alimenta quæ accepimus, quamdiù in suâ qualitate
perdurant et solida innatant stomacho, onera sunt: at,
cùm ex eo quod erant mutata sunt, tum demum in vires*

et

et in sanguinem transeunt. Idem in his, quibus aluntur ingenia, præstemus; ut quæcunque hausimus non patiamur integra esse, ne aliena sint. Concoquamus illa; alioquin in memoriam ibunt, non in ingenium.

Sen. Epist. 84.

Ut cætera animalia hominum causâ finxerit providentia, quod omnibus nascitur industriæ præmium est.

Quintil. Decl. XIII.

Adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? quicquid benè dictum est ab ullo meum est.

Sen. Epist. 16.

*Ut nox longa, quibus mentitur amica, diesque
Longa videtur opus debentibus; ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum;
Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quæ spem
Consiliumque morantur agendi gnarviter id quod
Æquè pauperibus prodest, locupletibus æquè;
Æquè, neglectum, pueris senibusque nocèbit.*

Hor. Epist. l. I. ep. 1, 20-6.



SELECTA.

S E L E C T A.

UT flos in septis secretus nascitur hortis,
 Ignotus pecori, nullo contusus aratro;
 Quem mulcent auræ, firmat sol, educat imber;
 Multi illum pueri, multæ optavere puellæ:
 Idem quum tenui carptus defloruit ungui,
 Nulli illum pueri, nullæ optavere puellæ.
 Sic virgo, dum intacta manet, dum cara suis: sed,
 Quum castum amisit, polluto corpore, florem,
 Nec pueris jucunda manet, nec cara puellis.

Catull. Carm. nupt. 62.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Est demum vera felicitas felicitate dignum vi-
 deri. — Plinii Paneg.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ψυχῆς ἀγνῆς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς ἔχει Θεός.

Demoph. Sent.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Tu licet extremos latè dominere per Indos,
 Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,
 Si metuis, si prava cupis, si duceris irâ,
 Servitii patière jugum; tolerabis iniquas
 Interiùs leges. Tunc omnia jure tenebis
 Cum poteris rex esse tuum.

Claudian. de IV. consulat. Honor.

○○○○○○○○○○○○○○○○

B

Hominibus

oooooooooooooooo

— Hominibus prodesse Natura jubet. Servi liberine sint, ingenui an libertini, justæ libertatis an inter amicos datæ, quid refert? Ubicunque homo est, ibi beneficio locus est. — Sen. de vita beata, c. 24.

oooooooooooooooo

Quæ porro hæc pietas delubra aspergere tabo!
Heu! primæ scelerum causæ mortalibus ægris
Naturam nescire deûm! Justa ite precari
Thure pio, cædumque feros avertite ritus.
Mite et cognatum est homini Deus. —

Sil. Ital. IV. 793-7.

oooooooooooooooo

Tantum manet quod virtute et recte factis sis consecutus. Horæ quidem cedunt, et dies, et menses, et anni. — Cic. de senect.

oooooooooooooooo

— Quod vivo detraxerit invida turba,
Post obitum duplici fœnore reddet honos.
Omnia post obitum fingit majora vetustas:
Majus ab exequiis nomen in ora venit.

Prop. l. III. el. 1. 21-24.

oooooooooooooooo

Ἄλλ' ἴσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ἄνι κύματα μετρεῖν
Ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ,
ἢ ὕδατι νίξειν θολερὰν ἰοειδέϊ πλίνθοι,
καὶ φιλόκερδείῃ βεβλαμμένον ἄνδρα παρενθεῖν.

Theoc. Idyl. XVI. 60-63.

oooooooooooooooo

Nunquam Stygias fertur ad umbras
Incllyta virtus. —————

Sen. Herc. Oet. 1982, 3.

oooooooooooooooo

Effugit

Effugit mortem quisquis contempserit. Timidif-
simum quemque consequitur. — Q. Curt. l. IV.

Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat,

Et manet in nullo certa tenaxque loco :

Sed modo læta manet; vultus modo sumit acerbos ;

Et tantùm constans in levitate sua est.

Ov. Trist. l. V. el. 9. 15-18.

Τὸ κρατεῖν, καὶ μὴ ἠτλάσθαι ἠδονῶν ἀριστον· ἔ τὸ μὴ χρεῖσθαι. — Diog. Laert. in Aristip.

Ratio ipsa, cui fræni traduntur, tamdiu potens est quamdiu diducta est ab affectibus : si miscuit se illis, et inquinat, non potest continere quos submo- vere potuisset. — Sen. de ira, l. I. c. 7.

Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum.

Cui placet alterius, sua nimirum est odio fors.

Stultus uterque locum immeritum causatur iniquè :

In culpa est animus, qui se non effugit unquam.

Hor. Epist. l. I. ep. 14. 10-13.

Τὸ ξίφος ἀμφιβαλεῖ, μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἀμύνην·

Ἐἶδε δὲ μὴ χρεῖζοις μήτ' ἔννομα, μήτ' ἀδίκως γε·

Ἦν γὰρ ἀποκτείνης ἐχθρὸν σέο, χεῖρα μαιίνεις.

Phocyl. 29-31.

————— Consuetudo concinnat amorem :

Nam, leviter quamvis, quod crebro tunditur ictu

Vincitur in longo spatio tamen, atque labascit.

Nonne vides etiam guttas in saxa cadenteis
Humoris longo in spatio pertundere saxa ?

Lucret. l. IV. 1277-81.

Proprium humani ingenii est, odisse quem læse
ris. — Tac. Vit. Agric.

————— Lucri bonus est odor ex re

Qualibet. Illa tuo sententia semper in ore
Versetur, diis atque ipso Jove digna, poëtæ.
Unde habeas, quærit nemo ; sed oportet habere.
Hoc monstrant vetulæ pueris poscentibus assem :
Hoc discunt omnes, ante alpha et beta, puellæ.

Juv. Sat. XIV. 204-9.

Ὁ μὲν πάσης ἡδονῆς ἀπολαύων, καὶ μηδεμίᾳς ἀπεχόμενος,
ἀκολαστός ἐστιν· ὁ δὲ πάσας φεύγων, ὡσπερ οἱ ἀγροικοί, ἀν-
αίσθητός· ὁ δὲ μέσος ὁ σώφρων ἐστίν· ὑπὸ τῆς μεσότητος γὰρ
καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία σώζεται.

And. Rhod. Eth. Nic. l. II. c. 2.

Nolite putare, P. C. ut in scena videtis, homines
consceleratos impulsu deorum terreri furiarum tædis
ardentibus : sua quemque fraus, suum facinus, suum
scelus, sua audacia, de sanitate ac mente deturbat :
hæ sunt impiorum furia, hæ flammæ, hæ faces.

Cic. Orat. in Pis.

Non bove maçtato cœlestia numina gaudent ;
Sed, quæ præstanda est et sine teste, fide.

Ov. Epist. 19. Acont. Cyd.

Magnus

Magnus ille est qui fictilibus sic utitur quemadmodum argento: nec ille minor est qui sic argento utitur quemadmodum fictilibus. Infirmi animi est pati non posse divitias. — Sen. Epist. 5.

Ἐχοις ἂν ἐπὶ τὰς ἄψις ἐρύθημα μὲν, σαμείον αἰδῆς, ἀντὶ φύκεας, καλοκαῖγαδίαν δὲ, καὶ κοσμιότητα, καὶ σωφροσύνην, ἀντὶ χρυσῶ καὶ σμαράγδω. Melissæ epist. ad Clearetam.

Non Dindymene, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius,
Non Liber æquè; non acuta
Sic geminant Corybantes æra,
Tristes ut iræ.

Hor. lib. I, ode 16, 5-9.

Veterrimæ quæque [amicitiæ], ut ea vinâ quæ vetustatem ferunt, esse debent suavissimæ.

Cic. de amicis.

Nulla vis flammæ tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti,
Quanta cùm conjux viduata tædis
Ardet et odit.

Sen. Med. 579-582.

Naturâ tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus; ut sapor, quo nova imbuas, durat; nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. — Quint. Inst. Or. 1. I. c. 1.

— E cœlo descendit, Γνωθὶ σεαυτόν. Juv. Sat. XI. 27.

Quid

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis,
 Torquemurque metu, cæcâque cupidine rerum?
 Æternisque fenes curis, dum quærimus ævum,
 Perdimus; et, nullo votorum sine beati,
 Victuros agimus semper, nec vivimus unquam?
 Pauperiorque bonis quisque est, quo plura parârit;
 Nec quod habet numerat; tantùm quod non habet
 optat? Manil. Astron. IV. 1-7.

Desine philosophis pecuniâ interdicerè: nemo sapientiam paupertate damnavit. Habebit philosophus amplas opes; sed nulli detractas, nec alieno sanguine cruentas; sine cujusquam injuria partas, sine sordidis quæstibus; quarum tam honestus sit exitus quàm introitus; quibus nemo ingemiscat nisi malignus. — Sen. de vita beata, c. 23.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλεῖσθαι
 Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλεῖσθαι
 Χαλεπώτερον δὲ πάντων
 Ἀποτυγχάνειν φιλεῖντα.

Anac. 735-738.

———— Non in caro nidore voluptas
 Summa, sed in teipso est. Tu pulmentaria quære
 Sudando. Pinguem vitis, albumque, nec ostrea;
 Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagois.

Hor. Sat. 1. II. sat. 2, 19-22.

Quædam beneficia odimus. — Q. Curt. 1. VI.

Militat

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido:

Attice, (crede mihi,) militat omnis amans.

Quæ bello est habilis, Veneri quoque convenit, ætas.

Turpe senex miles; turpe senilis amor.

Ovid. Amor. l. I. el. 9.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Fortissimos sibi pares quærit [Fortuna]; quosdam fastidio transit. Contumacissimum et rectissimum aggrèditur, adversus quem vim suam intendat. Ignem experitur in Mutio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo, venenum in Socrate, mortem in Catone. Magnum exemplum, nisi mala fortuna, non invenit.

Sen. de provid. c. 3.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Οὐδείς ἀνθρώπων ἔτ' ἔσεται, ἔτε πέφυκεν,

Ὅσις πᾶσιν ἀδὼν δύσεται εἰς αἶδμα

Οὐδὲ γὰρ, ὃς θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει,

Ζεὺς Κρονίδης, θνητοῖς πᾶσιν ἀδῆϊν δύναται.

Theognis, 798-802.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Virtus, fama, decus, divina, humanaque, pulchris

Divitiis parent; quas qui construxerit, ille

Clarus erit, fortis, justus, sapiens etiam, et rex,

Et quidquid volet: hoc, veluti virtute paratum,

Speravit magnæ laudi fore. Quid simile isti

Græcus Aristippus? qui servos projicere aurum

In mediâ jussit Libyâ, quia tardiùs irent

Propter onus segnes. Uter est infanior horum?

Hor. Sat. l. II. sat. 3. 94-102.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Nulla

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit. At quo fecessu quosdam fugeris, aut quibus infulis misericordiæ permulseris, non cohibebis ne alienis malis, perinde ac bonis suis, lætentur ac gestiant. Divites sunt aliorum jacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus.

Val. Max. l. IV. c. 7.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

— Εἰ δὲ ἐστὶ καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεῶς ἐπιμιξία, ὁ μὲν εὐσεβῆς φίλος θεῶν, ὁ δὲ δεισιδαίμων κόλαξ θεῶν.

Max. Tyr. Dissert. IV.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Qualem, Flacce, velim, quæris, nolimve, puellam?

Nolo nimis facilem, difficilemque nimis.

Illud quod medium est, atque inter utrumque, probamus :

Nec volo quod cruciet, nec volo quod fatiet.

Mart. l. I. epig. 58.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Non conturbabit sapiens publicos mores ; nec populum in se, vitæ novitate, convertet.

Sen. Epist. 14.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Τῷ Θεῷ δανείζει τις τὰς ἀγαθὰς προαιρέσεις καὶ πράξεις.

Simplic. in Epict. c. 37.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Prodigus et stultus donat quæ spernit et odit.

Hæc seges ingratos tulit, et feret omnibus annis.

Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratum :

Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis.

Hor. Epist. l. I. ep. 7. 20-24.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Mirabile

Mirabile quidem paupertatis ingenium ; singula-
rumque rerum quasdam artes fames edocuit.

Petron. Arb.

Quàm malè consuefcit, quàm se parat ille cruori
Impius humano, vituli qui guttura cultro
Rumpit, et immotas præbet mugitibus aures ;
Aut qui vagitus fimiles puerilibus hædum
Edentem jugulare potest ; aut alite vesci
Cui dedit ipse cibos ! Quantum est quod defit in illis
Ad plenum facinus, quò transitus inde paratur !

Ovid. Met. XV. 463-469.

Adulatio quàm similis est amicitiaë ! Non imita-
tur tantùm illam, sed vincit et præterit : apertis et
propitiis auribus recipitur, et in præcordia ima de-
scendit, eo ipso gratiosa quo lædit. — Sen. Epist. 45.

———— Ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων
Εἰς ἄφρονον σπεύδοντ'. Ἄγαθὴ δ' ἔρις ἦδε βροτοῖσι.
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων'
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Hesiod. Op. et D. l. I. 23-26.

———— Regna timentur
Ob ferrum, et sævis libertas uritur armis ;
Ignoratque datos, ne quisquam ferviat, enses.

Lucan. l. IV. 577-579.

oooooooooooooooo

Non fortunâ homines æstimabo, sed moribus. Sibi quisque dat mores : conditionem casus assignat.

Macrob. Saturn. l. I. c. 11.

oooooooooooooooo

Ut nemo in sese tentat descendere, nemo!

Sed præcedenti spectatur mantica tergo!

Perf. Sat. IV. 23, 4.

oooooooooooooooo

Σὺ προηγέμενον εἶ· σὺ ἀπόσπασμα εἶ τῆ Θεῶ· ἔχεις τι ἐν σεαυτῷ μέρος ἐκείνου· τί ἔν ἀγνοεῖς σε τὴν εὐγένειαν;

Arrian. l. II. c. 8.

oooooooooooooooo

Hic [Alexander] a pueritia latro gentiumque vastator, tam hostium pernicies quàm amicorum; qui summum bonum duceret terrori esse cunctis mortalibus; oblitus, non ferocissima tantùm, sed ignavissima quoque animalia, timeri, ob virus malum.

Sen. de benef. l. I. c. 13.

oooooooooooo

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' ἔκ ὀνήσιμα. — Soph. Ajax.

oooooooooooo

Lætus in præsens animus quod ultra est
Oderit curare; et amara lento
Temperet risu. Nihil est ab omni
Parte beatum.

Abstulit clarum cita mors Achillem:

Longa Tithonum minuit senectus:

Et mihi forsan, tibi quod negârit,

Porriget hora.

Hor. l. II. ode 16, 25-32.

oooooooooooo

Familiare

○○○○○○○○○○○○○○○○

Familiare est hominibus, omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere ; et invidiam rerum non ad causam, sed ad voluntatem personasque, dirigere.

V. Paterc. 1. II.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Qui se volet esse potentem,
Animos domet ille feroces ;
Nec victa libidine colla
Fœdis summittat habenis.
Etenim, licet Indica longè
Tellus tua jura tremiscat,
Et ferviat ultima Thule,
Tamen atras pellere curas,
Miserasque fugare querelas,
Non posse, potentia non est.

Boeth. Conf. Phil. 1. III.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Falsò queritur de natura sua genus humanum, quòd, imbecilla atque ævi brevis, forte potius quàm virtute regatur : nam, contra reputandò, neque majus aliud, neque præstabilius, invenias ; magisque naturæ industriam hominum, quàm vim aut tempus, deesse. — Sall. Bell. Jug. sub init.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Μάτην ἄρ' οἱ γέροντες εὐχονται θανεῖν,
Γῆρας ψέγοντες καὶ μακρὸν χρόνον βίῃ·
Ἦν δ' ἔγγυς ἔλθῃ θάνατος, εἰδὲς βέλεται
Θνήσκειν· τὸ γῆρας δ' ἔκ' ἔτ' ἔς' αὐτοῖς βαρύν.

Eurip. Alcest.

○○○○○○○○○○○○○○○○

oooooooooooooooo

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
 Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
 Pars hæc : illa pavet saturam serpentibus ibin.
 Effigies sacri nitet aurea cercopithecii,
 Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ,
 Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.
 Illic cœruleos, hic piscem fluminis, illic
 Oppida tota canem venerantur; nemo Dianam.
 Porrum et cepe nefas violare et frangere morfu!
 O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
 Numina! Lanatis animalibus abstinet omnis
 Mensa. Nefas illic foetum jugulare capellæ:
 Carnibus humanis vesci licet! —————

Juv. Sat. XV. 1-13.

oooooooooooooooo

Θυγάτηρ ἐπίγαμος, καὶ ὅλως μηδὲν λαλῆ,
 Διὰ τῆ σιωπᾶν πλεῖστα περὶ αὐτῆς λέγει.

Menand. fragm.

oooooooooooooooo

Quibusdam libenter parcas : a quibusdam te vindicare fastidias ; et non aliter quàm ab animalibus parvis, et obterentem inquinantibus, reducenda manus est. — Sen. de clement. l. I. c. 21.

oooooooooooooooo

————— Cur indecores in limine primo
 Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
 Multa dies variusque labor mutabilis ævi
 Rettulit in melius : multos alterna revifens
 Lufit, et in solido rursus Fortuna locavit.

Virg. Æn. XI. 423-427.

oooooooooooooooo

Non

○○○○○○○○○○○○○○○○

Non æstimatione censûs, verùm victu atque cultu,
terminatur pecuniæ modus. Non esse cupidum, pe-
cunia est: non esse emacem, vestigal est: conten-
tum verò suis rebus esse, maximæ sunt certissimæque
divitiæ. — Cic. Paradox. VI.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Certus amor morum est. Formam populabitur ætas:

Et placitus rugis vultus aratus erit.

Tempus erit quo vos speculum vidisse pigebit;

Et veniet rugis altera causa dolor.

Sufficit, et longum probitas perdurat in ævum;

Perque suos annos hinc bene pendet amor.

Ovid. de medic. fac.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Οὐχ αἱ φύσεις τῶν πραγμάτων ἔτ' ὠφελεῖσιν ἢ τε βλάπ-
τουν ἡμᾶς, ἀλλ' αἱ τῶν ἀνθρώπων χρήσεις καὶ πράξεις ἀ-
πάντων ἡμῶν αἰτίαι τῶν συμβαινόντων εἰσίν. — Isoc. Panath.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Pars superior mundi, et ordinatior, ac propinqua
sideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempesta-
tem impellitur, nec versatur in turbinem; omni tu-
multu caret: inferiora fulminant. Eodem modo
sublimis animus, quietus semper, et in statione tran-
quilla collocatus, intra se premens quibus ira con-
trahitur, modestus et venerabilis est, et dispositus:
quorum nihil invenies in irato. — Sen. de ira, III. 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nullum numen habes si sit prudentia. Nos te,

Nos facimus, Fortuna, deam, cœloque locamus.

Juv. Sat. X. 365, 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quid

oooooooooooooooo

Quid mihi divitiæ, quarum si demeris usum,
 Quamvis largus opum, semper egenus ero?
 Imò etiam pœna est partis incumbere rebus,
 Quas cum possideas est violare nefas.
 Non aliter sitiens vicinas Tantalus undas
 Captat, et appositis abstinet ora cibis.
 Efficior custos rerum magis ipse mearum,
 Conservans aliis quæ periere mihi:
 Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis
 Pervigil observat non sua poma draco.

C. Gall. Eleg. I. 181-190.

oooooooooooooooo

Οὗτος φιλόσοφος· διά τι; τρίβωνα μὲν ἔχει καὶ κόμην·
 οἱ δὲ ἀγύεται τι ἔχουσιν; — Arrian. I. IV. c. 8.

oooooooooooooooo

Ut scias subesse animis, etiam in pessima abductis,
 boni sensum, nec ignorari turpe, sed negligi; om-
 nes peccata dissimulant; et, quamvis feliciter cesse-
 rint, fructu illorum utuntur; ipsa subducunt. At
 bona conscientia prodire vult, et conspici: ipsas ne-
 quitia tenebras timet. — Sen. Epist. 97.

oooooooooooooooo

Quis expedivit psittaco suum χαιῖρε,
 Picasque docuit verba nostra conari?
 Magister artis, ingenique largitor,
 Venter, negatas artifex sequi voces.
 Quod si dolosi spes refulserit nummi,
 Corvos poetas et poetrias picas
 Cantare credas Pegaseium melos.

Pers. prolog. 8-14.

oooooooooooooooo

Quo

oooooooooooooooo

Quo quisque est major, magis est placabilis iræ ;

Et faciles motus mens generosa capit.

Corpora magnanimo satis est prostrâsse leoni :

Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.

At lupus et turpes instant morientibus urfi,

Et quæcunque minor nobilitate fera est.

Ov. Trist. l. III. el. 5. 31-36.

oooooooooooooooo

Ζεὺς ἐπάγει μερόπεςσι δι' ἠέρος εὐδίων ἡμαρ,

Ἐκ τ' ὀλοῆς νέσοιο πέλει σθένος, ἔκ τε μόθοιο

Εἰρήνη· τὰ δὲ πάντα μεταμείβεται ἔργα.

Q. Calab. IX. 107-109.

oooooooooooooooo

Pythagoras et Plato, locupletissimi auctores, quo

in somnis certiora videamus, præparatos quædam

cultu atque victu proficisci ad dormiendum jubent.

Fabâ quidem Pythagorei utique abstinere ; quasi

verò eo cibo mens, non venter, infletur. Sed, ne-

scio quomodo, nihil tam absurdè dici potest, quod

non dicatur ab aliquo philosophorum.

Cic. de divinat.

oooooooooooooooo

Aspicimus populos, quorum non sufficit iræ

Occidisse aliquem ; sed pectora, brachia, vultum,

Crediderint genus esse cibi. Quid diceret ergo,

Vel quò non fugeret, si nunc hæc monstra videret,

Pythagoras? cunctis animalibus abstinuit qui

Tanquam homine, et ventri indulsit non omne le-

gumen.

Juv. Sat. XV. 169-174.

oooooooooooooooo

Magnos

Magnos homines virtute metimur, non fortunâ.

Cor. Nep. in Eumen.

Imperiosus intra limen, atque impotens, humilis foris, et tam contemptus quàm contemnens. Neque enim ulli magis abjiciunt animos quàm qui improbè tollunt: nullique ad calcandos alios paratiorres quàm qui contumelias facere accipiendo didicerunt. — Sen, de benef. l. III. c. 28,

Εἰ μὲν πράττοιτό τι μεθ' ἡδονῆς αἰσχρὸν, ἢ μὲν ἡδονὴ παρεῖληθε, τὸ δὲ κακὸν μένει· εἰ δὲ πράττοιτό τι μετὰ πόνου καλόν, ὁ μὲν πόνος παρεῖληθε, τὸ δὲ καλὸν μένει.

Hieroc. in Aur. Carm.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?

Quàm ferus et verè ferreus ille fuit!

Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata;

Tum brevior diræ mortis aperta via est.

At nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra

Vertimus in sævas quod dedit ille feras.

Divitis hoc vitium est auri; nec bella fuerunt

Faginus astabat quum scyphus ante dapes:

Non arces, non vallis erat; somnumque petebat,

Securus, varias dux gregis inter oves.

Tibull. El. XI. 1-10.

ὦ ἰκανὸν εἶδέν, ἀλλὰ τέτρω γε αἰσχρὸν εἶδέν.

Timoth. ap. Ælian. Var. Hist. XIV. 3.

Perdidi



Perdidi beneficium. Numquid, quæ consecravimus, perdidisse nos dicimus? Inter consecrata beneficium est; etiam si male respondit, bene conlatum. — Querela amissi beneficii non bene dati signum est. — Sen. de benef. l. VII. c. 29.



Extra fortunam est quicquid donatur amicis.

Quas dederis folas semper habebis opes.

Mart. l. V. epig. 43.



— Εὐ γὰρ ὁ ἀποφηνάμενος τὶ θεοῖς ὅμοιον ἔχομεν, εὐεργεσίαν, εἶπε, καὶ ἀλήθειαν.

Longin. de Sublim. sect. 2.



Quid brevi fortes jaculamur ævo

Multa? Quid terras aïio calentes

Sole mutamus? Patriæ quis exul

Se quoque fugit?

Scandit æratas vitiosa naves

Cura; nec turmas equitum relinquit;

Ocyor cervis, et agente nimbos

Ocyor Euro.

Hor. l. II. ode 16, 17-24.



Plurimum valet animi præstantia, quam nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec auctoritas ultra debitam reverentiam tardet. Nam, ut abominanda sunt contraria his vitia, confidentiæ, temeritatis, improbitatis, arrogantiam; ita, citra constantiam, fiduciam, fortitudinem, nihil ars, nihil

D

studium,

studium, nihil profectus ipse profuerit ; ut si des arma timidis et imbellibus.

Quintil. Inst. l. XII. c. 5.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Θνητὸν ὃν γε τὸ ἀνδρώπειον, ἐκ τῆς μίξεως καὶ κοινωνίας τῆ γάμῃ ἀθάνατον γέγονεν, ἐκ τῆς διαδοχῆς τῶν ἐπιγυνομένων, ὡσπερ φῶς ἀναπτόμενον καὶ διαμένον καὶ τοῖς ἐπιγυνομένοις, τῇ γεννήσει τῆ ἀνδρώπεια, καὶ μήποτε ἀποσβεννύμενον· καὶ τῆτον ἂν τις εἴποι δικαίως ἔρανον κάλλιστον, ἢ χρημάτων ἢ κλημάτων τινῶν, ἀλλ' αὐτῆς τῆς φύσεως καὶ τῆ γένους.

Dionys. Halic. Τέχνη, sub init.

○○○○○○○○○○○○○○○○

— Illa laus est, magno in genere, et in divitiis maximis,

Liberos hominem educare, generi monumentum, et sibi.

Plaut. Mil. Glor. act. III. sc. 1.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quis furor est atram bellis arcessere mortem !

Imminet, et tacito clam venit illa pede.

Tibul. el. XI. 33, 34.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Et nomen pacis dulce est, et ipsa res salutaris. Sed inter pacem et servitutum plurimum interest. Pax est tranquilla libertas : servitus postremum malorum omnium, non modò bello, sed morte etiam, repellendum. — Cic. Philipp. II.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Cæsaris hæc virtus, et gloria Cæsaris hæc est ;

Illâ, quâ vicit, condidit arma manu.

Prop. l. II. el. 16, 41, 42.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ἄρχὴν ἀνδρα δεικνύει. — Pittac. ap. Diog. Laert.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Non

○○○○○○○○○○○○○○○○

Non quisquam fruitur veris odoribus,
 Hyblæos latebris nec spoliat favos,
 Si fronti caveat; si timeat rubos.
 Armat spina rofas : mella tegunt apes.
 Crescunt difficili gaudia jurgio ;
 Accenditque magis, quæ refugit, Venus.
 Quod flenti tuleris, plus sapit, osculum.

Claud. in nupt. Honorii et Mar.

○○○○○○○○○○○○○○○○

— Non rete accipitri tenditur, neque milvio,
 Qui malè faciunt nobis : illis, qui nihil faciunt, ten-
 ditur.

Ter. Phorm. act. 2, sc. 2.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, φρονέεσι καὶ αὐτοῖς.
 ὦδ' ἰρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον,
 ὕψι μάλ' ἐν νεφέεσσι φέρων, ὀνύχεσσι μεμαρπώς·
 Ἡ δ' ἐλεόν, γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὀνύχεσσι,
 Μύρετο· τὴν δ' ὄγ' ἐπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπε.
 Δαιμονίη, τί λέλακας ; ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων·
 Τῆδ' εἷς ἢ σ' ἂν ἐγὼ περ' ἄγω, καὶ αἰδὸν ἐῦσαν·
 Δεῖπνον δ', αἰκ' ἐθέλω, ποιήσομαι, ἢ ἐμεθήσω.
 Ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείστονας ἀντιφερίζειν·
 Νίκης τε γέρεται, πρὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.
 ὦς ἔφατ' ὠκυπέτης ἰρηξ, τανυσίπλερος ὄρνις.

Hesiod. Op. et D. l. I. 200-210.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Fures privatorum furtorum in nervo atque in
 compedibus ætatem agunt ; fures publici in auro at-
 que in purpura. — M. Cato, ap. A. Gell. XI. 18.

○○○○○○○○○○○○○○○○

oooooooooooooooo

Si me, Difarius inquit, aliquis ex plebe imperitorum de hac quæstione [de cibo] consulisset, quia plebeia ingenia magis exemplis quàm ratione capiuntur, admonuisse illum contentus forem institutionis pecudum; quibus cum simplex et uniformis cibus est, multo saniores sunt corporibus humanis.

Macrob. Saturn. l. VII. c. 4.

oooooooooooooooo

Quare tam multis a te, Lentine, diebus

Non abeat febris, quæris, et usque gemis?

Gestatur tecum fellâ, pariterque lavatur.

Cœnat boletos, ostrea, fumen, aprum.

Ebria Setino fit sæpe, et sæpe Falerno;

Nec nisi post niveam Cæcuba potat aquam.

Circumfusa rosis, et nigra recumbit amomo;

Dormit et in pluma, purpureoque toro.

Cum sic tam pulchre, tam belle, vivat apud te,

Ad Damam * potius vis tua febris eat?

Mart. l. XII. epig. 17.

* Inopem quendam, a quo minus laute exciperetur febris.

oooooooooooooooo

————— Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν

Ὁ νῆς ὁ σώφρων ἐ διαφθαρήσεται.

Diog. Laert. Aristip.

oooooooooooooooo

Auream quisquis mediocritatem

Diligit tutus caret obsoleti

Sordibus tecti; caret invidendâ

Sobrius aulâ.

Hor. l. II. ode 10, 5-8.

oooooooooooooooo

Præparetur

oooooooooooooooo

Præparetur animus contra omnia. Sciat se venisse
ubi

Luctus et altrices posuere cubilia curæ,
Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus.

In hoc contubernio vita degenda est. Effugere ista non potes ; contemnere potes : contemnes autem si sæpe cogitaveris et futura præsumpseris. Nemo non fortius ad id, cui se diu composuerat, accessit ; et duris quoque, si præmeditata erant, obstitit : at, contrà, imparatus etiam levissima expavit.

Sen. Epist. 107.

oooooooooooooooo

Ἦδὺ τι θαρσαλέαις τὸν μακρὸν τείνειν βίον
Ἐλπίσι, φαναῖς θυμὸν ἀλδαίνεσαν
Ἐν εὐφροσύναις. —————

Æschyl. Prometh.

oooooooooooooooo

Nihil est tam occupatum, tam multiforme, tot ac tam variis affectibus concisum atque laceratum, quàm mala mens. Nam, et cum infidiatur, spe, curis, labore, dstringitur ; et, jam cum sceleris compos fuerit, sollicitudine, pœnitentia, pœnarum omnium expectatione, torquetur. Quis, inter hæc, literis aut ulli bonæ arti locus ? non hercle magis quàm frugibus in terrâ sentibus ac rubis occupatâ.

Quintil. Inst. 1. XII. c. 1.

oooo oooo oooo oooo

————— Prosperum ac felix scelus
Virtus vocatur. —————

Sen. Herc. Fur. 250, 1.

oooo oooo oooo oooo

Multis

○○○○○○○○○○○○○○○○

Multis terribilis, caveto multos.

Aufon. Periand. sent.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Omne sub regno graviore regnum est.

Quem dies vidit veniens superbum,

Hunc dies vidit fugiens jacentem.

Nemo confidat nimum secundis :

Nemo desperet meliora lapsis.

Miscet hæc illis, prohibetque Clotho

Stare fortunam. Rotat omne fatum.

Nemo tam divos habuit faventes,

Crastinum ut possit sibi polliceri.

Res deus nostras celeri citatas

Turbine versat. Sen. Thyest. 610-620.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ἐκεῖνον πρῶτον μάθε, ὡς κύκλος τῶν ἀνθρωπότητων ἐστὶ περιγυ-
μμάτων· περιφερόμενος δὲ ἐκ ἑαυτοῦ αἰεὶ τὰς αὐτὰς εὐτυχείειν.

Herodot. Clio, c. 217.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia de-
orum parantur : vigilando, agendo, bene consulen-
do, prospere omnia cedunt. Ubi socordiæ tete at-
que ignaviæ tradideris, nequicquam deos implores :
irati infestique sunt. P. Cato, ap. Sallust.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Otio qui nescit uti plus habet negotii,

Otii minus, quàm cùm est negotium in negotio.

Ennius, ap. A. Gell. l. XIX. c. 10.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ δίδασιν ἀνθρώποις.

Predic. Herc.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quòd

oooooooooooooooo

Quòd si deficiant vires, audacia certe

Laus erit. In magnis et voluisse fat est.

Propert. l. II. el. 10, 5, 6.

oooooooooooooooo

Gloria umbra virtutis est : etiam invitos comitatur. Sed, quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando sequitur ; ita gloria aliquando ante nos est, visendamque se præbet ; aliquando in averso est, majorque quo ferior, ubi invidia secessit. Quamdiu videbatur furere Democritus ! Vix recepit Socratem fama. Quamdiu Catonem civitas ignoravit ! respuit, nec intellexit nisi cum perdidit. Rutilli innocentia ac virtus lateret, nisi accepisset injuriam : dum violatur effulsit. Sen. Epist. 79.

oooooooooooooooo

Ἄθανάτοισι μὲν οὐκ ἂν δυναθείημεν γενέσθαι· ἐκ δὲ δὴ τῆς καλῶς ζῆσαι, καὶ ἐκ τῆς καλῶς τελευτῆσαι, καὶ τῆτο τρόπου τινὰ κτώμεθα.

Dio Cass. l. LIII.

oooo oooooo oooooo

Virtutem incolumem odimus :

Sublatam ex oculis quærimus invidi.

Hor. l. III. ode 24, 31, 2.

ooooo oooooo oooooo

Perge ; — nomenque tuum commenda immortalitati : atque hæc omnia quæ habent speciem gloriæ, collecta inanissimis splendoris insignibus, contemne ; brevia, fugacia, caduca, existima. Verum decus in virtute positum est ; quæ maximè illustratur magnis in rempublicam meritis.

Cic. Epist. l. X. ep. 12.

oooooooooooooooo

Infitum

oooooooooooooooo

Infitum mortalibus, naturâ, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere, modumque fortunæ a nullis magis exigere quàm [ab iis] quos in æquo vidêre. Tac. Hist. l. II.

oooo ooooo ooooo ooooo

— Postquam Fortuna loci caput extulit hujus,
Et tetigit summos vertice Roma deos,
Creverunt et opes, et opum furiosa cupido;
Et, cum possideant plurima, plura volunt.
Quærere ut absument, absumpta requirere certant;
Atque ipsæ vitiis sunt alimenta vices.
Sic, quibus intumuit suffusâ venter ab undâ,
Quo plus, sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Ovid. Fast. I. 209-16.

oooo ooooo ooooo ooooo

Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Hesiod. Op. et D. II. 304.

oooooooooooooooo

Sera parsimonia in fundo est: non enim tantum minimum in imo, sed pessimum, remanet.

Sen. Epist. 1.

oooooooooooooooo

Ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε
Ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἐστὶ δ' ἀνὴρ σοφὸς ἔτος, ὃς, ἄμφω ταῦτα νοήσας,
Φειδοῖ κ' ἀπαρνή μετρον ἐφημέροσατο.

Luciani epig.

oooooooooooooooo

Est quædam luxuria, quamvis omnis est vitiosa atque turpis, tamen ingenuo ac libero dignior.

Cic. Orat. in L. Pis.

oooo ooooo ooooo ooooo

Non

oooooooooooooooo

Non ab Epicuro impulsi [quidam] luxuriantur; sed, vitiis dediti, luxuriam suam in philosophiæ sinu abscondunt, et eò concurrunt ubi audiunt laudari voluptatem. — Itaque, quod unum habebant in malis bonum, perdunt — peccandi verecundiam.

Sen. de vit. beat. c. 12.

oooooooooooooooo

————— Ad mores natura recurrit

Damnatos, fixa et mutari nescia: nam quis Peccandi finem posuit sibi? quando recepit Ejectum semel attritâ de fronte ruborem?

Juv. Sat. XIII. 239-242.

oooooooooooooooo

Qui modum igitur vitio quærit similiter facit ut si posse putet eum, qui se e Leucata præcipitaverit, sustinere se cum velit. Ut enim id non potest, sic animus perturbatus et incitatus nec cohibere se potest, nec, quo loco volt, insistere.

Cic. Disp. Tusc. IV. 18.

oooooooooooooooo

Τὰ μὲν ἄλλα ζῶα, ταῖς τῆ σῶματος ἐπιθυμίαις αὐταῖς δαλεύοντα, διὰ μόνας ταύτας σφάλλεται· τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ προσδεδοξοποιημένον, οὐχ ἥτιον διὰ τὴν ἀλογιστίαν, ἢ διὰ τὴν φύσιν, ἀμαρτάνει.

Polyb. Excerpt. de virt. et vit. l. XVII.

oooooooooooooooo

Cum hæc pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum
Quàm aut aquila aut serpens Epidaurius? —

Hor. Sat. l. I. sat. 3, 25-27.

oooooooooooooooo

Plaudé tuo Martí, miles. Nos odimus arma,
Pax juvat, et mediâ pace repertus amor.

Ov. Amor. l, III. el. 2.

Crudelitas minime humanum malum est. — Fe-
rina ista rabies est sanguine gaudere et vulneribus,
et, abjecto homine, in silvestre animal transire.

Sen. de clement. l. I. c. 24.

— Lascivus Amor rixæ mala verba ministrat,
Inter et iratum lentus utrumque sedet.

Ah! lapis est, ferrumque, suam quicumque puellam
Verberat: e cœlo deripit ille deos.

Sit fatis e membris tenuem percindere vestem:
Sit fatis ornatus dissiluisse comæ.

Sit lachrymas movisse fatis, Quater ille beatus,
Quo tenera irato flere puella potest:

Sed manibus qui sævus erit, scutumque sudemque
Is gerat, et miti sit procul a Venere.

Tibul. el. XI. 57-66.

————— Οὐ μὲν γὰρ τῷ γε κρείσσον καὶ ἄρειον

*Ἡ ὄθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχῃτον

*Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή. —————

Hom. Odyss. 2.

In amore hæc omnia insunt vitia; injuriæ,

Suspiciones, inimicitia, induciæ,

Bellum, pax rursus. ————— Ter. Eun. act. I. sc. 1.

Nemo regere potest, nisi qui et regi.

Sen. de ira, l. II. c. 15.

Felices,

oooooooooooooooo

Felices, ter et amplius,

Quos irrupta tenet copula; nec, malis

Divulsus querimoniis,

Supremâ citius solvet amor die.

Hor. l. I. ode 13, 17-20.

oooooooooooooooo

Ita compositi fumus, ut nos quotidiana, etiam si admiratione digna sunt, transeant: contra, minimarum quoque rerum, si insolitæ prodierunt, spectaculum dulce fiat. Hic itaque cœtus astrorum, quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur, populum non convocat: at, cum aliquid ex more mutatum est, omnium vultus in cœlo est. Sol spectatorem, nisi cum deficit, non habet. Nemo observat lunam, nisi laborantem. Tunc urbes conclamant: tunc pro se quisque superstitione vanâ trepidat.

Sen. Quæst. Nat. VII. 1.

oooooooooooooooo

Ταράσσει τὲς ἀνθρώπους, ἔ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ πρὸς τῶν πραγμάτων δόγματα. Epict. c. 10.

oooooooooooooooo

——— Veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metunt; sic nos in luce timemus,
Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis quàm
Quæ pueri in tenebris pavitant finguntque futura.
Hunc igitur terrorem animi, tenebrasque, necesse 'st
Non radii solis, neque lucida tela diei,
Discutiant, sed naturæ species, ratioque.

Lucret. l. II. 54-60. III. 87-93. IV. 34-40.

oooooooooooooooo

— Sæpe acri potior prudentia dextrâ.

V. Flac. Arg. IV. 622.

Temeritas — ubi primum impetum effudit, velut quædam animalia amisso aculeo, torpet.

Q. Curt. I. IV.

— Eventus stultorum magister est.

Liv. dec. III. 1. 2.

— Παθὼν δὲ τε νήπιος ἔγνω.

Hesiod. Op. et D. l. I. 216.

— Non parvas animo dat gloria vires ;

Et sæcunda facit pectora laudis amor.

Ov. Trist. l. V. el. 13, 37, 8.

Plures magnum sæpe nomen falsis vulgi opinio-
nibus abstulerunt : quo quid turpius excogitari po-
test ? nam, qui falso prædicantur, suis ipsi necesse
est laudibus erubescant. Quæ si etiam meritis con-
quisitæ sunt, quid tamen sapientis adjecerint con-
scientiæ, qui bonum suum non populari rumore, sed
conscientiæ veritate, metitur ?

Boeth. Conf. Philos. l. III.

Fallit enim vitium specie virtutis et umbrâ,

Cùm sit triste habitu, vultuque et veste severum.

Juv. Sat. XIV. 109, 10.

Βροτοῖς ἀπασιν ἢ συνείδησις θεός. Anon.

Mihi

Mihi quidem laudabiliora videntur omnia quæ sine venditione et sine populo teste fiunt: non quod fugiendus sit; (omnia enim benefacta in luce se collocari volunt;) sed tamen nullum theatrum virtuti conscientiam majus est.

Cic. Disp. Tusc. II. 25.

Etiam sapientibus, cupido gloriae novissima ex-
itur. Tac. Hist. IV.

Spe metum tempera. Nihil tam certum est, ex his quæ timentur, ut non certius sit et formidata subsidere, et sperata decipere. Ergo et spem ac metum examina; et, quoties incerta erunt omnia, tibi fave; crede quod mavis. Sen. Epist. 13.

— Quod optanti divum promittere nemo
Auderet, volvenda dies, en! attulit ultro.

Virg. Æn. IX. 6, 7.

Sus fera, jam gravior, maturi pignora ventris
Emisit foetum, vulnere facta parens.
Nec jacuit partus; sed, matre cadente, cucurrit.
O quantum est subitis casibus ingenium!

Mart. Spectac. ep. XIV.

Ἔλεγεν ὁ Πλάτων τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ἀνεί-
ρης εἶναι. Æl. Var. Hist. l. III. c. 29.

— Credula vitam
Spes fovet, et fore cras semper ait melius,

Spes

Spes alit agricolas : spes fulcis credit aratis

Semina, quæ magno fœnore reddat ager.

Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces,

Quum tenues hamos abdidit ante cibus.

Spes etiam validâ solatur compede vinctum :

Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

Tibul. l. II. el. 7, 1-8.

oooooooooooooooo

Prudens futuri temporis, exitum

Caliginosâ nocte premit Deus,

Ridetque si mortalis ultra

Fas trepidat. Quod adest memento

Componere, æquus : cætera fluminis

Ritu feruntur. —————

Hor. l. III. ode 29, 29-34.

oooooooooooooooo

Puto multos potuisse ad sapientiam pervenire, nisi putassent se pervenisse. — Sen. de tranquil. an. c. 1.

oooooooooooooooo

Quisquis plus justo non sapit, ille sapit.

Mart. l. XIV. epig. 210.

oooooooooooooooo

Οὐτὸς μὲν οἶεται τι εἶδέναι, οὐκ εἰδώς· ἐγὼ δὲ, ὡσπερ ἔνι οὐκ οἶδα, οὐδὲ οἶομαι. Ἔοικα γέν τέτυ γε σμικρῶ τινι αὐτῷ τῷ τέτῳ σοφώτερος εἶναι, ὅτι ἂ μὴ οἶδα ἐδὲ οἶομαι εἶδέναι.

Plato, Apol. Soc.

oooooooooooooooo

Assentatio, vitiorum adjutrix, procul amoveatur ; quæ non modò amico, sed ne libero quidem, digna est : aliter enim cum tyranno, aliter cum amico, vivitur.

Cic. de amicit.

oooooooooooooooo

Non

oooooooooooooooo

Non tulit Coelius assentientem, sed exclamavit,
Dic aliquid contra, ut duo simus.

Sen. de ira, l. III. c. 8.

oooooooooooooooo

Τυράννω οὐδείς φίλος, βασιλεῖ δὲ οὐδείς κόλαξ· βασιλεία
δὲ τυραννίδος θειότερον.

Max. Tyr. Diff. IV.

oooooooooooooooo

Invitus mehercule dico, quoniam et aliter accipi potest, ipsam verecundiam (vitium quidem, sed amabile, et quæ virtutes facillime generet) esse interim adversam, multisque in causa fuisse, ut bona ingenii studiique, in lucem non prolata, situ quodam secreti consumerentur. Sciat autem, si quis hæc forte minus adhuc peritus distinguendi vim cujusque verbi leget, non probitatem a me reprehendi, sed verecundiam, quæ est timor quidam reducens animum ab iis quæ facienda sunt; unde confusio, et cœpti pœnitentia, et subitum silentium. Quis porro dubitet vitiis adscribere affectum, propter quem facere honestum pudet? — Quint. Inst. XII. 5.

oooooooooooooooo

Nescis quid sit amor, juvenis, si ferre recusas

Immitem dominam, conjugiumque ferum.

Ergo ne dubita blandas adhibere querelas:

Vincuntur molli pectora dura prece.

Tibul. l. III. el. 4. 73-76,

oooooooooooooooo

Galla, nega: satiatur amor nisi gaudia torquent:

Sed noli nimium, Galla, negare diu.

Mart. l. IV. epig. 38.

oooooooooooooooo

Infinito

Infinito dolore, cùm aliquem ex carissimis amiseris, affici, stulta indulgentia est ; et nullo, inhumana duritia. Optimum inter pietatem et rationem temperamentum est, et sentire desiderium, et opprimere. Sen. de consolat. ad Helv. c. 16.

————— Quin tu jam vulnera* sedas,
 Et tollis luctu mersum caput? Omnia functa
 Aut moritura vides. Obeunt noctesque, diesque,
 Astraque; nec solidis prodest sua machina terris.
 Nam populos, mortale genus, plebisque caducæ
 Quis fleat interitus? Hos bella, hos æquora, poscunt:
 His amor exitio; furor his, et sæva cupido.
 Ut fileam morbos, hos ora rigentia brumæ,
 Illos implacido lethalis Sirius igni,
 Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu.
 Ortum quicquid habet, finem timet. Ibimus, omnes
 Ibimus: immensis urnam quatit Æacus umbris.
 Ast hic, quem gemimus, felix, hominesque, deosque,
 Et dubios casus, et cæcæ lubrica vitæ,
 Effugit, immunis fati. Non ille rogavit,
 Non timuit, meruitve, mori. Nos anxia plebes,
 Nos miseri; quibus, unde dies suprema, quis ævi
 Exitus, incertum; quibus instet fulmen ab astris;
 Quæ nubes fatale sonent. —————

Stat. Sylv. l. II. syl. 1.

* Τῆς ψυχῆς τραυμάτων αἷμα τὸ δάκρυον.

Gregor. Nyss.

Amisum

oooooooooooooooo

Amisſum non flet, cum ſola eſt Gellia, patrem :

Si quis adefſt, juſſæ profiliunt lachrymæ.

Non dolet hic, quiſquis laudari, Gellia, quærit.

Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet.

Mart. l. I. epig. 34.

oooooooooooooooo

Excidunt etiam retinentibus lachrymæ, et animum profuſæ levant. Quid ergo eſt? Permittamus illis cadere; non imperemus. Fluant quantum affectus ejecerit, non quantum poſcet imitatio. Nihil vero mœrori adjiciamus, nec illum ad alienum augeamus exemplum. Plus oſtentatio doloris exigit quàm dolor. Sen. Epiſt. (conſolat.) 99.

oooooooooooooooo

————— Τὴν αὐτὴν ὁδὸν,

Ἐάν τε κλαίης, ἂν τε μὴ, πορεύσεται [τὰ πράγματα].

Τί ἔν πλέον ποιῶμεν; ἔθ' ἢ ἡ λύπη δ'

ἔχει, ὡς περ τὰ δένδρα καρπὸν, τὰ δάκρυα.

Menand. fragm.

oooooooooooooooo

M. Portius Cato, plus moribus ſuis præturæ decoris adjecturus quàm prætextâ ejus ſplendoris ipſe laturus, conſequi illam a populo aliquando non potuit. Proxima dementiæ ſuffragia! quæ ſatis quidem graves pœnas erroris ſui pependerunt: quoniam, quem honorem Catoni negaverant, Vatinio dare coacti ſunt. Ergo, ſi verè æſtimare volumus, non Catoni tunc prætura, ſed præturæ Cato negatus eſt.

Val. Max. l. VII. c. 6.

oooooooooooooooo

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quis usque eò ad conspiciendam veritatem excæcatus est, ut ignominiam putet M. Catonis fuisse duplicem, in petitione præturæ et consulatûs, repulsam? Ignominia illa præturæ et consulatûs fuit, quibus ex Catone honor habebatur. Nemo ab alio contemnitur, nisi a se ante contemptus est.

Sen. de consolat. ad Helv. c. 13.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Virtus, repulsæ nescia fordidæ,
Intaminatis fulget honoribus;
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.

Virtus, recludens immeritis mori
Cœlum, negatâ tentat iter viâ;
Cœtusque vulgares et udam
Spernit humum, fugiente pennâ.

Hor. l. III. ode 2, 17-24.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Οἱ μὲν οἰκεία ἀξιῶσαι πρῶχοντες ἔτε τὰ δεξιώματα παρὰ τινῶν πάνυ ἀπαιτῆσι· καὶ ἄρα καὶ ἐκλειφθῆ τι αὐτῶν ἢ ἐγκαλῆσι σφίσιν, ἅτε κ' ἑαυτοῖς συνειδότες ὅτι μὴ καταφρονῶνται· οἱ δ' ἐπακτῶ καλλωπίσματι χρώμενοι πάντα ἰσχυρῶς τὰ τοιαῦτα, ὡς καὶ ἐς τὴν τῆ ἀξιώματος πλήρωσιν ἀναγκαῖα, ἐπιζητῆσι· καὶ μὴ τύχῳσιν αὐτῶν, ἄχθονται τε ὡς διαβαλλόμενοι, καὶ ὀργίζονται ὡς ὑβριζόμενοι.

Dio Cass. l. LVIII.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque latè
Fortunæ secura nitet; nec fastibus ullis
Erigitur, plaufuve petit clarescere vulgi.

Nil

Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus, ex altâ mortalia despicit arce.

Claud. de Mall. Theod. consulat.

oooooooooooooooo

Vita perfecta perficiat ut fatis superque vixisse videamur. Quanquam enim sensus aberit, tamen suis et propriis bonis laudis et gloriæ mortui non carent: etsi enim nihil habet in se gloria cur expectatur, tamen virtutem tanquam umbra sequitur.

Cic. Disp. Tusc. I. 45.

oooooooooooooooo

Sanctus haberi,
Justitiæque tenax, factis dictisque mereris?
Agnosco procerem.

Juv. Sat. VIII. 24-26.

oooooooooooooooo

Ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νῆν λόγος; Anon.

oooooooooooooooo

Sed tu perque jocum dicis, vinumque: quid ad rem
Si plorem? risus si tuus ista facit?
Quare tolle jocos: non est jocus esse malignum.
Nunquam sunt grati, qui nocuere, sales.

Sen. epig. de exil.

oooooooooooooooo

Regis quisque intra se animum habet; ut licentiam sibi dari velit, in se nolit.

Sen. de ira, l. II. c. 31.

oooooooooooooooo

Justitiæ partes sunt, non violare homines; reverentiam, non offendere: in quo maxime perspicitur vis decori.

Cic. Off. l. I.

oooooooooooooooo

Ubi animum simul et corpus voluptates corrumpere,
nihil tolerabile videtur ; non quia dura, sed quia
molles patimur. Sen. de ira, l. II. c. 25.

Vides ut pallidus omnis
Cœnâ defurgat dubiâ ? Quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægravat unâ,
Atque affigit humo divinæ particulam auræ.

Hor. Sat. l. II. sat. 2, 76-79.

Omniū rerum, quas et creat Natura et tuetur,
quæ aut sine animo sint, aut non multò secus, ea-
rum summum bonum in corpore est ; ut non incitè
illud dictum videatur in sue, animam illi pecudi da-
tam pro sale, ne putifceret. Cic. de Fin. V. 13.

Χαλεπὸν ἐστὶ λέγειν πρὸς γαστέρα, ὥτα μὴ ἔχυσαν.

Plutarch. Apophth. Cato sen.

Audiebam Pythagoram, Pythagoreosque, incolas
pæne nostros, qui essent Italici philosophi quondam
nominati, nunquam dubitâsse quin ex universâ mente
divinâ delibatos animos haberemus.

Cic. de senect.

Principio cœlum, ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra,
Spiritus intus alit ; totamque, infusa per artus,
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

Igneus

Ignæus est ollis vigor, et cœlestis origo,
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.

Virg. Æn. VI. 724-732.

oooooooooooooooo

Ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδὺ καὶ τὴν ἡδονήν· ἢ
γὰρ ἀδεκάσθη κρῖνομεν αὐτήν.

Aristot. Eth. I. II. c. ult.

oooooooooooooooo

—— Voluptates commendat rarior usus.

Juv. Sat. XI. 208.

oooooooooooooooo

Parabile est quod natura desiderat, et appositum:
ad supervacua sudatur.

Sen. Epist. 4.

oooooooooooooooo

Parvo cultu natura contenta. —— Et enim quis
hoc non videt, desideriiis omnia ista condiri? Da-
rius, in fuga, cum aquam turbidam et cadaveribus
inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse ju-
cundiùs: nunquam videlicet fitiens biberat.

Cic. Disp. Tusc. V. 33, 34.

oooooooooooooooo

Luxuries, prædulce malum! quæ, dedita semper
Corporis arbitriis, hebetat caligine sensus,
Membraque Circæis effeminat acrius herbis;
Blanda quidem vultus, sed quâ non tetrius ulla
Ultrices fucata genas, et amicta dolosis
Illecebris, torvos auro circumlinit hydros.

Claud. de laud. Stilic. I. II.

oooooooooooooooo

Sperne voluptates. Nocet empta dolore voluptas.

Hor. Epist. I. I. ep. 2, 55.

oooooooooooooooo

Postquam

oooooooooooooooo

Postquam luxu atque desidiâ civitas corrupta est, rursus respublica magnitudine sua imperatorum atque magistratum vitia sustentabat; ac, sicuti effœtâ parente, multis tempestatibus haud sane quisquam Romæ virtute magnus fuit. Sall. Bel. Cat.

oooooooooooooooo

————— Adspice latè

Florentes quondam luxus quas verterit urbes!
Quippe nec ira deûm tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola nocet, animis illapsa, voluptas.

Sil. Ital. XV. 92-95.

oooooooooooooooo

Σχέτλιον ἀφραδέων μερόπων γένος, οἷσιν ὁμίχλη
Ἄσκοπος ἔσσομένων· κενεῶ δ' ὑπὸ χάσματι πολλῶ
Πολλάκις ἀγνώσασσι περιπλάιοντες ὀλέθρῳ.

Tryphiod. 301-303.

oooooooooooooooo

Ut, in præceps datis corporibus, nullum sui arbitrium est, nec resistere morarive dejecta potuerunt, sed consilium omne et pœnitentiam irrevocabilis præcipitatio abscidit, et non licet eò non pervenire quò non ire licuisset; ita animus, si in iram, amorem, aliosque se projicit affectus, non permittitur reprimere impetum: rapiat illum oportet, et ad imum agat suum pondus, vitiorum natura proclivis.

Sen. de ira, l. I. c. 7.

oooooooooooooooo

Vino forma perit; vino corrumpitur ætas:

Vino sæpe suum nescit amica virum.

Propert. l. II. el. 33, 33, 34.

oooooooooooooooo

Quemadmodum

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quemadmodum delicatas res desiderare luxuriæ est, ita usitatas et non magno parabiles fugere dementiae est. Frugalitatem exigit philosophia, non poenam: potest autem esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet. Temperetur vita inter bonos mores et publicos: suspiciant omnes vitam nostram, sed et agnoscant. Sen. Epist. 5.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Αἱ περὶ τὴ σφοδραὶ ὀρέξεις τυφλεῖσιν εἰς τ' ἄλλα τὴν ψυχὴν.
Democrat. sent.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Si ad naturam vives, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam eris dives. Exiguum natura desiderat; opinio immensum. Sen. Epist. 16.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nimirum hic ego sum: nam tuta et parvula laudo,
Cum res deficiunt, satis inter vilia fortis:
Verum, ubi quid melius contingit, et unctius, idem
Vos sapere et solos, aio, bene vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.
Hor. Epist. l. I. ep. 15, 42-46.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Καλῶς ὁ Χρῦσιππος λέγει, ὅτι μέχρις ἂν ἀδηλά μοι τὰ ἐξῆς, αἰεὶ τῶν εὐφροσύνων ἔχομαι, πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν κατὰ φύσιν· αὐτὸς γάρ με ὁ Θεὸς ποιῆτων ἐκλεκτικὸν ἐποίησεν.
Arrian. l. II. c. 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nititur in vetitum semper; cupimusque negata.
Sic interdictis imminet æger aquis.
Ov. Amor. l. II. el. 4.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Prodiga

oooooooooooo

Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum :
 At, velut exhaustâ redivivus pullulet arcâ
 Nummus, et e pleno tollatur semper acervo,
 Non unquam reputat quanti sibi gaudia constant.

Juv. Sat. VI. 361-364.

oooooooooooo

Ἵπερβολὴ γὰρ ἡδονῆς καὶ θρῆνόν ποτε ἀποτίκτειν φιλεῖ.

Heliod. Hist. Æth. X. 16.

oooooooooooo

Mala interdum speciem honesti obtulerunt, et optimum ex contrario nituit. Sunt enim, ut scis, virtutibus vitia confinia, et perditis quoque ac turpibus recti similitudo est. Sic mentitur prodigus liberalem; cùm plurimum interfit utrum quis dare sciat an fervare nesciat. Multi, inquam, sunt, Lucili, qui non donant, sed projiciunt. Non voco ego liberalem pecuniæ suæ iratum. — Sen. Epist. 120.

oooooooooooo

Ut perspiciatis unde omnis iste natus sit error, voluptatem accusantium, doloremque laudantium, totam rem aperiam. — Nemo enim ipsam voluptatem, quia voluptas sit, aspernatur, aut odit, aut fugit; sed quia consequuntur magni dolores eos qui ratione voluptatem sequi nesciunt. Neque porro quisquam est qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet, consectetur, adipisci velit; sed quia nonnunquam ejusmodi tempora incidunt, ut labore et dolore magnam aliquam quærat voluptatem.

Cic. de Fin. I. 10.

oooooooooooo

Adulationi

Adulationi fœdum crimen servitutis ; malignitati
falsa species libertatis inest. Tac. Hist. l. I.

Μήδ' ἕτερον κεύθης κραδίη νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.
Μήδ', ὡς πετροφυῆς πολύπυς,* κατὰ χώραν ἀμείβε.

Phocyl. 44, 5.

* MEN. Τὸν μὲν πολύπυον εἶδον, ἃ πάσχει δὲ ἠδέως ἂν
μάθοιμι παρὰ σῶ. PROT. Ὅποια ἂν πέτρα προσελθὼν
ἀρμόσῃ τὰς κοτύλας, καὶ προσφύς ἔχηται κατὰ τὰς πλεκ-
τάνας, ἐκείνη ὁμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτὸν, καὶ μεταβάλλει
τὴν χρύαν, μιμνῆστος τὴν πέτραν, ὡς ἂν λάθῃ τὴς ἀλιέας,
μὴ διαλλάττων μηδὲ φανερός ὢν διὰ τῆτο, ἄλλ' εἰκῶς τῷ λί-
θῳ. Lucian. Dial. mar. Menel. et Prot.

Habent hoc in se naturale blanditiæ ; etiam cum
rejiciuntur placent ; sæpe exclusæ novissime recipi-
untur. Sen. Quæst. Nat. l. IV. præf.

Sic habendum est, nullam in amicitiiis pestem esse
majorem quàm adulationem, blanditias, assentatio-
nem. Cic. de Amicit.

Ut matrona meretrici dispar erit atque
Discolor, infido scurræ distabit amicus.
Est huic diversum vitio vitium propè majus,
Asperitas agrestis, et inconcinna, gravisque,
Quæ se commendat tonsâ cute, dentibus atris,
Dum vult libertas mera dici, veraque virtus.
Virtus est medium vitiorum, et utrinque reductum.

Hor. Epist. l. I. ep. 18, 3-9.

Quis sit divitiarum modus, quæris? Primus, habere quod necesse est; proximus, quod sat est.

Sen. Epist. 2.

Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν οἶον ἀργυρος
 Κακὸν νόμισμ' ἔβλασε· τῆτο καὶ πόλεις
 Πορθεῖ· τὸδ' ἄνδρας ἐξάνιστησιν δόμων·
 Τὸδ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας
 Χρηστὰς πρὸς αἰσχροὺς πράγμαθ' ἴσασθαι βροτῶν·
 Πανουργίας δ' ἐδείξειν ἀνθρώποις ἔχειν,
 Καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι.

Soph. Antig. 300-306.

Empta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis:
 Abstulit hanc nimum casus in urbe frequens:
 Collatum est decies. Rogo, non potes ipse videri
 Incendisse tuam, Tongiliane, domum?

Datum Londini.

Mart. l. III. epig. 52.

————— Quid non mortalia pectora cogis,
 Auri sacra fames! ————— Virg. Æn. 56, 7.

Inde fere scelerum causæ, nec plura venena
 Miscuit, aut ferro grassatur sæpius ullum
 Humanæ mentis vitium, quàm sæva cupido
 Indomiti census: nam dives qui fieri vult,
 Et cito vult fieri. Sed quæ reverentia legum,
 Quis metus aut pudor est unquam properantis avari?

Juv. Sat. XIV. 173-8.

Ἐὐπρηξίης γὰρ ἔκ' ἔστιν ἀνθρώποισι ἕδεμίη πληθώρα.

Herod. Polyhym. c. 49.

Omne



Omne hoc quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt, unum est. Membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cum ex iisdem et in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum, et sociabiles fecit : illa æquum justumque composuit. Ex illius constitutione miserius est nocere quàm lædi ; et illius imperio paratæ sunt ad juvandum manus. Iste versus in pectore et in ore sit : “ Homo sum : humani nihil a me alienum puto.” Habeamus in commune quod nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est ; quæ, casura nisi invicem obstarent, hoc ipso sustinetur.

Sen. Epist. 95.



“ ΑΛΛΗ Δ' ἄλλου ἔθηκε θεός γ' ἐπιδευέα φωτῶν.

Theoc. Idyl. XXV. 50.



Denique cœlesti sumus omnes femine oriundi :
Omnibus ille idem pater est. —————

Lucret. II. 990, 1.



—— Eadem ratio fecit hominem hominum appetentem, cumque his naturâ, et sermone, et usu, congruentem ; ut, profectus a caritate domesticorum ac suorum, serpat longius, et se implicet primùm civium, deinde omnium mortalium, societate ; atque, ut ad Archytam scripsit Plato, non sibi se soli natum meminerit, sed patriæ, sed suis ; ut perexigua pars ipsi relinquatur.

Cic. de Fin. II. 14.



oooooooooooooooo

Prima et maxima peccantium est pœna, peccâsse : nec ullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur et vindicet, impunitum est ; quoniam sceleris, in scelere, supplicium est.

Sen. Epist. 97.

oooooooooooooooo

Τῆ ἀγαθῆ ἠδεῖα ἐστὶ καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ ἐλπίς, καὶ ἡ μνήμη· ἐνέργεια μὲν παρόντος καὶ γινομένης, ἐλπίς δὲ μέλλοντος, μνήμη δὲ παρεληλυθότος. And. Rhod. Eth. X. 8.

oooooooooooooooo

— Quàm cæcus inest vitiis amor ! Omne futurum Despicitur, suadentque brevem præsentia fructum, Et ruit in vetitum, damni secura, libido.

Claud. in Eutrop. I. II.

oooooooooooooooo

Si miserum est voluisse prava, potuisse miserius est ; sine quo voluntatis miseræ langueret effectus. Itaque, cùm sua singulis miseria sit, triplici infortunio necesse est urgeantur quos videas velle, posse, perficere.

Boeth. Cons. Phil. I. IV.

oooooooooooooooo

Μηδέποτε, μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἐλπίζε λήσειν· καὶ γὰρ, ἂν τὲς ἄλλης λάθῃς, σεαυτῷ γε συνειδήσεις.

Iloc. Epist. ad Demon.

oooooooooooooooo

Hoc enim ipsum argumentum Epicuri est, naturâ nos a scelere abhorrere, quòd nulli non, etiam inter tuta, timor est. Multos fortuna liberat pœnâ ; metu neminem. Quare ? quia infixâ nobis ejus rei averfatio est quam natura damnavit, — Sen. Epist. 97.

oooooooooooooooo

Nocte

oooooooooooooooo

Nocte brevem si forte indulfit cura soporem,
 Et toto versata toro jam membra quiescunt,
 Continuò templum et violati numinis aras,
 Et (quod præcipuis mentem sudoribus urget)
 Te* videt in somnis. Tua sacra et major imago
 Humanâ turbat pavidum, cogitque fateri.
 Hi sunt qui trepidant, et ad omnia fulgura pallent,
 Cum tonat; exanimes primo quoque murmure cæli;
 Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed
 Iratus cadat in terras, et judicet ignis.

Juv. Sat. XIII. 217-226.

* Quem deposito fraudavit scelestus.

oooooooooooooooo

Ὁ ἀδικῶν τῆ ἀδικημένῃ κακοδαιμονέστερος.

Democrat. Sentent.

oooooooooooooooo

Dat pœnas quisquis expectat: quisquis autem me-
 ruit expectat. ——— Nocens habuit aliquando la-
 tendi fortunam, nunquam fiduciam. Sen. Epist. 105.

oooooooooooooooo

————— Hic murus aheneus esto,
 Nil conscire sibi, nullâ pallefcere culpâ.

Hor. Epist. l. I. ep. 1, 60, 1.

oooooooooooooooo

Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus. Hoc est
 Vivere bis, vitâ posse priore frui.

Mart. Epig. l. X. ep. 23.

oooooooooooooooo

————— Ἡ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι,

Τὸν εὐγενῆ χρεΐ. ——— Soph. Aj. Flag. 480, 1.

oooooooooooooooo

Multi

oooooooooooooooo

Multi mortales, dediti ventri atque somno, indocti incultique, vitam, sicuti peregrinantes, transferre; quibus profectò, contra naturam, corpus voluptati, anima oneri, fuit. Eorum ego vitam mortemque juxta æstumo, quoniam de utraque filetur. Verùm enimvero is demum mihi vivere et frui animâ videtur, qui, aliquo negotio intentus, præclari facinoris aut artis bonæ famam quærit.

Sallust. Bell. Cat.

oooooooooooooooo

Stat sua cuique dies: breve et irreparabile tempus
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. ————— Virg. Æn. X. 467-9.

oooooooooooooooo

Τῶδε θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἄνδρες, ὅς κεν ἄεργός
Ζῶη, κηφήνεσσι κοθύροισι εἴκελος ὄρμην,
Οἷτε μελισσᾶων κάματος τρέχουσιν ἄεργοί,
Ἔσθοντες. ————— Hesiod. Op. et D. l. I. 301-4.

oooooooooooooooo

Vita humana prope uti ferrum est; si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen rubigo interficit: item homines exercendo videmus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit quàm exercitatio. — M. Cato, ap. A. Gell. l. XI. c. 2.

oooooooooooooooo

————— Ingenium, longâ rubigine læsum,
Torpet, et est multo, quàm fuit ante, minus.
Fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
Nil, nisi cum spinis gramen, habebit ager.

Ov. Trist. l. V. el. 13, 21-4.

oooooooooooooooo

Ira

●●●●●●●●●●●●●●●●

Ira furor brevis est. Animum rege ; qui, nisi paret,
Imperat : hunc frænis, hunc tu compeſce catenâ.

Hor. Epist. l. II. ep. 2, 62, 3.

●●●●●●●●●●●●●●●●

Nemo irascendo fit fortior, nisi qui fortis sine ira
non esset. Ita non in adiutorium virtutis venit, sed
in vicem. Quid, quòd si bonum esset ira, perfec-
tissimum quemque sequeretur ? At, qui iracundif-
simi, infantes, senesque, et ægri sunt ; et invali-
dum omne naturâ querulum est.

Sen. de Ira, l. I. c. 16.

●●●●●●●●●●●●●●●●

Pertinet ad faciem rabidos compeſcere mores :

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Ora tument irâ : nigrescunt sanguine venæ :

Lumina Gorgonio sæviùs angue micant.

Ovid. Ars Am. l. III.

●●●●●●●●●●●●●●●●

Τέκνον ἔμὸν, κάρτος μὲν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη
Δώσασ', αἴκ' ἐθέλωσι· σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν
ἴσχειν ἐν στήθεσσι· φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων·
ληγέμεναι δ' ἔριδος κακομηχάνη, ὄφρα σε μάλλων
τίσωσ' Ἀργείων ἤμῃν νέοι, ἠδὲ γέροντες·

Hom. Il. IX. 254-8.

●●●●●●●●●●●●●●●●

Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum qui
aut libidine aliquâ aut metu commoti sunt, aut vo-
luptate nimiâ gestiunt : quorum omnium vultus,
voces, motus, statusque, mutantur. Cic. Off. l. I.

●●●●●●●●●●●●●●●●

— Nestor

oooooooooooooooo

————— Nestor componere lites
 Inter Peliden festinat, et inter Atriden:
 Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
 Quicquid delirant reges, plestuntur Achivi.
 Seditio, dolis, scelere, atque libidine, et irâ,
 Iliacos intra muros peccatur, et extra.

Hor. Epist. l. I. ep. 2, 11-16.

oooooooooooooooo

Ne illud quidem judicandum est, aliquid iram ad
 magnitudinem animi conferre: non est enim illa
 magnitudo; tumor est: nec corporibus, copiâ vi-
 tiosi humoris intensis, morbus incrementum est; sed
 pestilens abundantia. Sen. de Ira, l. I. c. 16.

oooooooooooooooo

Ἐν ἐρεμίᾳ τινὶ καὶ σχολῇ συνεστάναι δεῖ τὴν εὐδαιμονίαν,
 τέλος γάρ τι ἐστὶν ἢ σχολή· καὶ ἀσχολέμεθα ἵνα δυνηθῶμεν
 σχολάσαι, καὶ πόλεμον αἰετέμεθα διὰ τὴν εἰρήνην.

And. Rhod. Eth. Nicom. l. X. c. 8.

oooooooooooooooo

————— Ut altus Olympi
 Vertex, qui spatio ventos hyemesque relinquit,
 Perpetuum nullâ temeratus nube serenum,
 Celsior exurgit pluviis, auditque ruentes
 Sub pedibus nimbos; et rauca tonitrua calcat;
 Sic patiens animi per tanta negotia liber
 Emergit, similisque sui; justique tenorem
 Flectere, non odium cogit, non gratia suadet.

Claudian. de Mall. Theod. consulat.

oooooooooooooooo

Animalia, inquit, generosissima habentur, quibus
 multum inest iræ. Errat qui ea in exemplum ho-
 minis

minis adducit quibus pro ratione est impetus : homini pro impetu ratio est. Sed nec illis quidem omnibus idem prodest. Iracundia leones adjuvat, pavore cervos, accipitrem impetus, columbam fuga.

Sen. de ira, l. II. c. 16.

Ἄν περιλειφθῆ μικρὸν ἐν ἀγασιν ἡδέος οἴνου,

Εἰς ὅξυ τρέπεται τῆτο τὸ λειπόμενον·

Οὕτως, ἀντλήσας τὸν ὅλον βίον, εἰς βαθὺ δ' ἔλθων

Γῆρας, ὁ πρεσβύτης γίγνεται ὀξύχολος.

Epig. anon.

Grata senectus homini quæ parilis juventæ :

Illa juventa est gravior quæ similis senectæ.

Chilo, ap. Aufon.

Ut enim adolescentem in quo aliquid senile, sic senem in quo aliquid est adolescentis, probo.

Cic. de senect.

Vince animos, iramque tuam, qui cætera vincis.

Ov. Epist. 3, Brif. Achil.

An est quicquam similis insanix quam ira? quam bene Ennius initium dixit insanix. Color, vox, oculi, spiritus, impotentia dictorum ac factorum, quam partem habent sanitatis? ——— Non igitur desiderat fortitudo advocatam iracundiam: satis est instructa, parata, armata, per sese. Nam isto modo quidem licet dicere, utilem vinolentiam ad

H fortitudinem,

fortitudinem, utilem etiam dementiam; quòd et infani et ebrii multa faciunt sæpe vehementiùs.

Cic. Disp. Tusc. IV. 23.

oooooooooooo

Bona conscientia turbam advocat: mala, etiam in solitudine, anxia atque sollicita est. Si honesta sunt quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid refert neminem scire, cùm tu scias? O te miserum, si contemnis hunc testem!

Sen. Epist. 43.

oooooooooooo

Vivendum rectè est cùm propter plurima, tunc his Præcipuè caussis, ut linguas mancipiorum Contemnas: nam lingua mali pars pessima servi. Deterior tamen hic, qui liber non erit, illis Quorum animas et farre suo custodit et ære.

Juv. Sat. IX. 118-122.

oooooooooooo

————— Μέγα δὲ δμῶες χατέουσιν

Ἄρτια δεσποίνης φάσθαι, καὶ ἕκαστα πυδέσθαι.

Hom. Odyss. XV. 375, 6.

oooooooooooo

Nunquam ad liquidum fama perducitur. Omnia, illâ tradente, majora sunt vero.

Q. Curt. I. IX. c. 2.

oooooooooooo

Fama, malum quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo:
Parva metu primò; mox sese attollit in auras,
Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.

Virg. Æn. IV. 174-177.

oooooooooooo

Negligere

oooooooooooooooo

Negligere quid de se quisque sentiat non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.

Cic. Off. l. I.

oooooooooooooooo

Εὐλαβῆ τὰς διαβολὰς, καὶ ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπεσιν.

Isoe. ad Demonic.

oooooooooooooooo

O Corydon, Corydon, secretum divitis ullum
Esse putas? Servi ut taceant, jumenta loquentur,
Et canis, et postes, et marmora. Claude fenestras,
Vela tegant rimas, junge ostia, tollite lumen
E medio, taceant omnes, prope nemo recumbat,
Quod tamen ad cantum galli facit ille secundi
Proximus, ante diem, caupo sciet. —————

Juv. Sat. IX. 102-8.

oooooooooooooooo

Ὦ δ' ἔρδειν· δεινὸν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμη·
Φήμη γάρ τε κακὴ πέλεται, κέφη μὲν αἰῖραι
Ῥεῖα μάλ', ἀργαλέη δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀποδέσθαι.
Φήμη δ' ἔστι πάμπαν ἀπόλλυται, ἦντινα πολλοὶ
Λαοὶ φημίζεσι· θεὸς νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

Hes. Op. et D. l. II. 378-82.

oooooooooooooooo

Suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus. Quid de te alii loquantur, ipsi vident: sed loquentur tamen. Cic. Somn. Scip.

oooooooooooooooo

———— Ατιμάζοντες γὰρ ὡς ἐπίπαν καὶ περιπλύοντες τὰς πολλὰς ἀνθρώπων, καὶ μηδενὸς ἀξίως λόγῳ ἠγάμενοι, ὅμως

ὡς μεγάλων ὄντων τινων, ἀπὸ τῆς δόξης αὐτῶν ἡσθήμεθα, ὡς ἀπὸ τριχός. Simplic. cap. 48.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Qui contemplatur, quid Deo præstat? ne tanta ejus opera sine teste sint. Solemus dicere, summum bonum esse secundum naturam vivere. Natura nos ad utrumque genuit; et contemplationi rerum, et actioni. Sen. de vitâ beatâ, c. 31.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Τριῶν γὰρ ὄντων βίων, (ὧν ὁ μὲν ἐστὶ πρακτικὸς, ὁ δὲ θεωρητικὸς, ὁ δὲ ἀπολαυστικὸς,) ὁ μὲν ἔκλυτος, καὶ ὄβλος τῶν ἡδονῶν, ζωῆς καὶ μικροπρεπῆς ἐστίν· ὁ δὲ θεωρητικὸς, τῆ πρακτικῆ διαμαρτάνων, ἀνωφελής· ὁ δὲ πρακτικὸς, ἀμοιρήσας τῆς φιλοσοφίας, ἄμυστος καὶ πλημμελής.

Plutarch. de lib. educat.

○○○○○○○○○○○○○○○○

— Nec tamen istas quæstiones physicorum exterminandas puto: est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturæ. Erigimur; altiores fieri videmur; humana despiciamus; cogitantesque supera atque cœlestia, hæc nostra, ut exigua et minima, contemnimus. Cic. Acad. II. 41.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quid sentire putas; quid credis, amice, precari?
 Sit mihi quod nunc est; etiam minus; et mihi vivam
 Quod superest ævi, si quid superesse volunt dî:
 Sit bona librorum, et provisæ frugis in annum,
 Copia; neu fluitem dubiæ spe pendulus horæ.
 Hæc fatis est orare Jovem, qui donat et aufert:
 Det vitam, det opes: æquum mî animum ipse parabo.

Hor. Epist. l. I. ep. 18, 106-112.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quid

Quid sapiens investigaverit, quid in lucem protraxerit, quæris? Primum, rerum naturam; quam non, ut cætera animalia, oculis secutus est, tardis ad divina. Deinde, vitæ legem, quam ad universa direxit: nec nosse tantùm, sed sequi, docuit, deos, et accidentia non aliter excipere quàm imperata. Vetuit parere opinionibus falsis, et quanti quidque esset verâ æstimatione pependit. Damnavit mixtas pœnitentiæ voluptates; et bona semper placitura laudavit; et palam fecit, felicissimum esse cui felicitate opus non est; potentissimum esse qui se habet in potestate. Sen. Epist. 90.

Οὐτ' ἄρα φύσει, ἔπε παρὰ φύσιν, ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί· ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτάς, τελειωμένοις δὲ διὰ τῆ ἔθους.

Aristot. Eth. I. II.

Sapere aude;
Incipe. Vivendi qui recte prorogat horam,
Rusticus, expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, et labetur, in omne volubilis ævum.

Hor. Epist. I. I. ep. 2, 40-43.

Ut terra, altiùs effossa, generandis alendisque feminibus fœcundior est; sic profectus, non a summo petitus, studiorum fructus effundit uberiùs, et fide-liùs continet.

Quint. Inst. or. I. X. c. 3.

Venerabile foli
Sortiti ingenium, divinorumque capaces,
Atque exercendis capiendisque artibus apti,

Sensum

Sensum a cœlesti demissum traximus arce,
 Cujus egent prona et terram spectantia. Mundi
 Principio indulfit communis conditor illis
 Tantùm animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos
 Affectus petere auxilium, et præstare, juberet.

Juv. Sat. XV. 143-150.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Παιδεία δὲ τῶν ἐν ἡμῖν μόνον ἐστὶν ἀθάνατος καὶ θεῖον. —
 Μόλιος γὰρ ὁ νεὺς παλαιέμενος ἀνηβαῖ καὶ ὁ χρόνος, τ' ἄλλα
 πάντα ἀφαιρῶν, τῷ γήρα προσίδησι τὴν ἐπιστήμην.

Plutarch. de lib. educat.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Virtus non contingit animo, nisi instituto et e-
 docto, et ad summum assiduâ exercitatione perducto.
 Ad hoc quidem, sed sine hoc, nascimur; et in
 optimis quoque, antequam erudias, virtutis materia,
 non virtus, est. Sen. Epist. 90.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— Teipsum
 Concute, num qua tibi vitiorum inſeverit olim
 Naturâ, aut etiam consuetudo mala: namque
 Neglectis urenda filix innascitur agris.

Hor. Sat. 1. I. sat. 3, 34-37.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nec contemne tuas, quasi parvo in corpore, vires,
 Quod valet immensum est. Sic auri pondera parva
 Exuperant pretio numerosos æris acervos.
 Sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est.
 Parvula sic totum pervisit pupula cœlum;
 Quôque vident oculi minimum est, cùm maxima
 cernant.

Sic

Sic animi sedes, tenui sub corde locata,
Per totum angusto regnat de limite corpus.

Manil. Astron. IV: 923-930.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Dux atque imperator vitæ mortalium animus est;
qui, ubi ad gloriam, virtutis viâ, grassatur, abunde
pollens, potensque, et clarus est; neque fortunâ e-
get, quippe quæ probitatem, industriam, aliasque
artes bonas, neque dare neque eripere cuiquam po-
test.

Sallust. Bell. Jug.

●○○○○○○○○○○○○○○○○

Omniū honestarum rerum femina animi gerunt;
quæ admonitione excitantur, non aliter quàm scin-
tilla, flatu levi adjuta, ignem suum explicat. Eri-
gitur virtus cū tacta est et impulsā. Præterea,
quædam sunt quidem in animo, sed parum prompta,
quæ incipiunt in expedito esse cū dicta sunt.

Sen. Epist. 94.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Πᾶσι γὰρ δοκεῖ ἕκαστα τῶν ἡδῶν ὑπάρχειν φύσει πως· καὶ
γὰρ δίκαιοι, καὶ σωφρονικοὶ, καὶ ἀνδρείοι, καὶ τ' ἄλλα ἔχο-
μεν εὐδύς ἐκ γενέτης· ἀλλὰ ὅμως ζητῶμεν ἕτερόν τι, τὸ κυ-
ρίως ἀγαθοὶ εἶναι.

Aristot. Eth. I. VI.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— Nunc adhibe puro
Pectore verba, puer: nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem
Testa diu. ————— Hor. Epist. I. I. ep. 2, 67-70.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ut ager, quamvis fertilis, sine culturâ fructuosus
esse non potest, sic sine doctrinâ animus: ita est utra-
que res sine alterâ debilis. Cultura autem animi
philosophia

philosophia est : hæc extrahit vitia radicitus, et præparat animos ad satus accipiendos ; eaque mandat his, et, ut ita dicam, ferit, quæ adulta fructus uberrimos ferant. Cic. Disp. Tusc. II. 5.

Vifne rationes ipfas invicem collidamus ? forfitan, ex hujusmodi conflictatione, pulchra quædam veritatis scintilla diffiliet. Boeth. Conf. Phil. I. III.

Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλῶν γε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
 Εἰ πᾶσιν δείξαις οἷῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
 Ἄλλὰ σὺ θάρσει· ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
 Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.

Pythag. Aur. Car. 61-64.

Nulla sine Deo mens bona est. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt ; quæ, si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, et paria his, ex quibus orta sunt, surgunt ; si malus, non aliter quàm humus sterilis ac palustris, necat, ac deinde curat purgamenta pro frugibus. Sen. Epist. 73.

— Nil dulcius est bene quàm munita tenere
 Edita doctrinâ sapientum templa serenâ ;
 Despiciere unde queas alios, passimque videre
 Errare, atque viam palanteis quærere vitæ ;
 Certare ingenio ; contendere nobilitate ;
 Nocteis atque dies niti præstante labore
 Ad summas emergere opes, rerumque potiri.

Lucret. II. 7-13.

Credo

oooooooooooooooo

Credo deos immortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur, quique, cœlestium ordinem contemplantes, imitarentur eum vitæ modo atque constantiâ. Cic. de Senect.

oooooooooooooooo

Sanctius his animal, mentisque capacius altæ,
Deerat adhuc, et quod dominari in cætera posset.
Natus homo est. Sive hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo;
Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat femina cœli;
Quam satus Iapeto mistam fluvialibus undis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum:
Pronaque cùm spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque tueri
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

Ov. Met. I. 76-86.

oooooooooooooooo

Ὁ δὲ οὕτως ἀνθρώπος εἶναι βεβλόμενος, καὶ τὴν εὐγένειαν
τὴν ἑαυτοῦ προθυμῶμενος ἀνακτήσασθαι, ἣν ὁ Θεὸς παρὰ τὰ
ἄλογα ζῶα τοῖς ἀνθρώποις ἐχαρίσατο, οὗτος σπεδάζει τὴν
ἑαυτοῦ λογικὴν ψυχὴν, ὡς περ ἔχει φύσεως, ἔτω ζῆν, ἀρχη-
σαν τῆ σῶματος, καὶ ὑπερανέχεσαν αὐτῆ, καὶ οὐχ ὡς μέρεα
συντεταγμένῳ, ἀλλ' ὡς ὄργανῳ, χρωμένῳ.

Simplic. in Epictet. proœm.

oooooooooooooooo

Quanto potius deorum opera celebrare, quàm Philippi aut Alexandri latrocinia, cæterorumque, qui, exitio gentium clari, non minores fuere pestes mortalium quàm inundatio, qua planum omne perfu-

sum est; quàm conflagratio, qua magna pars animantium exaruit! Sen. Quæst. Nat. l. VIII. præf.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ad summum; sapiens uno minor est Jove, dives, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum; Præcipue sanus, nisi cùm pituita molesta est.

Hor. Epist. l. I. ep. 1, 106-8.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ὀυτως, εἰδὲ τὴν τῷ ἀνθρώπῳ ἐπαγγελίαν πληρῶσαι δυνάμενοι, προσλαμβάνομεν τὴν τῷ φιλοσόφῳ τηλικῶτο φορτίον, οἷον εἰ τις, δέκα λίτρας ἄραι μὴ δυνάμενος, τὸν τῷ Αἴαντος λίθον βασάζειν ἤθελεν.

Arrian. l. II. c. 9.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ματαιοτεχνία quoque est quædam, id est supervacua artis imitatio, quæ nihil sane nec boni nec mali habeat, sed vanum laborem; qualis illius fuit, qui grana ciceris, ex spatio distante missa, in acum continuè et sine frustratione inferebat. Quem, cùm spectâset Alexander, donâsse dicitur ejusdem leguminis modio: quod quidem præmium fuit illo opere dignissimum.

Quint. Inst. l. II. c. 20.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Non multum tibi nocebit transisse quæ nec licet scire, nec prodest. Involuta veritas in alto latet. Nec de malignitate Naturæ queri possumus; quia nullius rei difficilis inventio est, nisi cujus hic unus inventæ fructus est, invenisse. Quicquid nos meliores beatosque facturum est aut in aperto aut in proximo posuit.

Sen. de benef. l. VII. c. 1.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nihil ex grammatica nocuerit, nisi quod supervacuum est. An ideo minor est M. Tullius orator, quòd

quòd idem artis hujus diligentissimus fuit, et in filio (ut in epistolis apparet) recte loquendi usquequaque asper quoque exactor? Aut vim C. Cæsar's fregerunt editi de Analogia libri? Aut ideo minus Messala nitidus, quia quosdam totos libellos non de verbis modò singulis, sed etiam literis, dedit? — Non obstant hæ disciplinæ per illas euntibus, sed circa illas hærentibus. Quint. Inst. l. I. c. 7.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Ἄνδρὸς μὲν γέφανος παῖδες· πύργοι δὲ πόλῆος·
Ἴπποι δ' ἐν πεδίῳ κόσμος· νῆες δὲ θαλάσσης·
Χρήματα δ' αὖξεί οἶκον. —————

Hom. epig. in Pal. cur.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Ut vidua in nudo vitis quæ nascitur arvo,
Nunquam se extollit, nunquam mitem educat uvam;
Sed, tenerum pronò deflectens pondere corpus,
Jam jam contingit summum radice flagellum;
Hanc nulli agricolæ, nulli accoluere juvenci:
At si forte eadem est ulmo conjuncta marito,
Multi illam agricolæ, multi accoluere juvenci.
Sic virgo, dum intacta manet, dum inculta fenescit:
Quum par connubium maturo tempore adepta est,
Caro viro magis, et minus est invisa parenti.

Catull. carm. nupt. 62.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Ut apum examina non fingendorum favorum causâ congregantur; sed, cum congregabilia naturâ sunt, fingunt favos; sic homines, ac multo etiam magis, naturâ congregati, adhibent agendi cogitandique solertiam.

Cic. Off. l. I.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Aggreditur Cytherea nurum, flentemque pudico
 Detraxit matris gremio. Matura tumescit
 Virginitas, superatque nives ac lilia candor,
 Et patrium flavis testatur crinibus Istrum.
 Tum, dextram complexa viri, dextramque puellæ,
 Tradit, et his ultro sancit connubia dictis : —
 Vivite concordēs, et nostrum discite munus.
 Oscula mille sonent. Liveſcant brachia nexu.
 Labra ligent animas. Neu tu virtute paternâ
 Confidas, juvenis : non eſt terrore domanda,
 Sed precibus pacanda, tibi. Concede marito
 Tu quoque, neu Scythicas infenſis unguibus iras
 Exercere velis. Vinci patiare rogamus.
 Sic uxor, ſic mater, eris. —————

Claudian. Epithal. Pallad. et Celer.

Ἐνια ἀμαρτήματα, ἐλεγχόμενα μὲν, ἐπιπλέον ἐρεθίζετα
 σιωπώμενα δὲ, παύεται μᾶλλον. Theano, Pythag.

Concordiâ parvæ res crescunt : discordiâ maximæ
 dilabuntur. Sen. Epist. 94.

Ah ! crudele genus, nec fidum, fœmina, nomen !

Ah ! pereat, didicit fallere ſi qua virum !

Sed flecti poterit : mens eſt mutabilis illis.

Tu modò cum multâ brachia tende fide.

Sævus amor docuit validos tentare labores :

Sævus amor docuit verbera sæva pati.

Tibull. l. III. el. 4, 61-66,

Bellum

Bellum cum captivis et foeminis gerere non soleo.
Armatus sit oportet quem oderim.

Q. Curt. l. IV. c. 11. [Alex. loq.]

Cum mare trux aries cornu decertat : at idem
Frontem dilectæ lædere parcit ovis.
Depositâ sequitur taurus feritate juvencam,
Quem toti saltus, quem nemus omne tremit.

Ov. Fast. IV. 101-104.

Φύσις κέρατα ταύροις,
Ὅπλας δ' ἔδωκεν ἵπποις,
Ποδωκίην λαγωοῖς,
Λέσσι χάσμι' ὀδόντων,
Τοῖς ἰχθύσιν τὸ ἠκτὸν,
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι,
Τοῖς ἀνδράσιν φρόνημα
Γυναιξὶν ἔκ' ἔτ' εἶχεν.
Τί ἔν δίδωσι ; Κάλλος
Ἄντ' ἀσπίδων ἀπασέων,
Ἄντ' ἐγχείων ἀπάντων.
Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον,
Καὶ πῦρ, καλή τις ἔσα.

Anacreon, 13-25.

Amantium iræ amoris integratio est.

Ter. And. act. III. sc. 3.

Hoc est regnum, nolle regnare cùm possis.

Sen. de Benef. l. III. c. 37.

Casta suo gladium cùm traderet Arria Pæto,
 Quem de visceribus traxerat ipsa suis,
 Si qua fides, vulnus quod feci non dolet, inquit ;
 Sed, quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

Mart. l. I. epig. 14.

Errat qui finem vesani quærit amoris :

Verus amor nullum novit habere modum.

Prop. l. II. el. 15. 29, 30.

— Cùm verò jurato dicenda sententia sit, me-
 minerit Deum se adhibere testem : id est, ut ego ar-
 bitror, mentem suam ; quâ nihil homini dedit ipse
 Deus divinius.

Cic. Off. l. III.

Ὡμοσε Καλλίγνωτος Ἰωνίδι μήποτ' ἐκείνης

Ἐξεν μήτε φίλον κρείσσονα, μήτε φίλην.

Ὡμοσεν ἄλλὰ λέγασιν ἀληθεία, τὸς ἐν ἔρωτι.

Ὀρκος μὴ δύκειν ἕατ' ἐς ἀθανάτων.

Callim. epig. 26.

Uxorem quare locupletem ducere nolim,

Quæritis ? Uxori nubere * nolo meæ.

Inferior matrona suo fit, Prisce, marito :

Non aliter fuerint fœmina virque pares.

Mart. l. VIII. epig. 12.

* Id est, fervire. Nubere proprium est fœminarum.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,

Εἷς βασιλεύς. — Hom. Il. II. 204, 5.

Quibus

oooooooooooooooo

Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris
uti: nam et firmissima est inter pares amicitia; et
videntur pares qui non fecerunt inter se periculum
virium. Quos viceris, amicos tibi esse, cave cre-
das. Inter dominum et servum nulla amicitia est.

Q. Curt. l. VII. c. 8.

oooooooooooooooo

— Errat longè, meâ quidem sententiâ,
Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adjungitur.

Ter. Adelph. act. I. sc. 1.

oooooooooooooooo

Θέλε μᾶλλον τὴς συνόντας αἰδεῖσθαι σε ἢ φοβεῖσθαι· αἰ-
δοῖ γὰρ πρόσεσι σέβας, φόβῳ δὲ μῖσος. Demoph. sent.

oooooooooooooooo

Lene fluit Nilus; sed cunctis annibus extat
Utilior, nullas confessus murmure vires.
Acrior ac rapidus tacitas prætermeat ingens
Danubius ripas. Eadem clementia sani
Gurgitis immensum diducit in ostia Gangen.
Torrentes immane fremant, lassisque minentur
Pontibus: involvant spumoso vortice silvas:
Pax majora decet: peragit tranquilla potestas
Quod violenta nequit; mandataque fortiùs urget
Imperiosa quies. —————

Claud. de Mall. Theod. consulat.

oooooooooooooooo

Nullum est odium perniciosius quàm ex beneficii
violati pudore. Sen. Epist. 81.

oooooooooooooooo

Aprilem

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum ;
Quem Venus injectâ vindicat alma manu.

Illa quidem totum dignissima temperat orbem :
Illa tenet nullo regna minora deo.

Ov. Fasti, l. IV. 89-92.

Illa rudes animos hominum contraxit in unum,
Et docuit jungi cum pare quemque suo.

Ibid. 97, 8.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Sit mihi verna sator : sit non doctissima conjux :

Sit nox cum fomno : sit sine lite dies.

Mart. l. II. epig. 90.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ἐρωτηθεὶς, [Σωκράτης,] πότερον γῆμαι ἢ μὴ, ἔφη, ὁ
ἀν' αὐτῶν ποιήσης, μεταγνώση. Diog. Laert. in Soc.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quid sit futurum cras, fuge quærere ; et,
Quem fors dierum cumque dabit, lucro
Appone : nec dulces amores
Sperne, puer, neque tu choreas,
Donec virenti canities abest

Morosa. ————— Hor. l. I. ode 9, 13-18.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Heu ! serò revocatur amor, seròque juvena,
Quum vetus infecit cana senecta caput.

Tum studium formæ est, coma tum mutatur, ut annos
Dissimulet viridi cortice tincta nũcis.

Tollere tunc cura est albos a stirpe capillos,
Et faciem demptâ pelle referre novam.

At tu, dum primi floret tibi temporis ætas,
Utere. Non tardo labitur illa pede.

Tibull. Eleg. IX. 41-48.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quid

oooooooooooooooo

Quid illum [Cn. Pompeium] in Africam, quid in Septentrionem, quid in Mithridatem, et Armeniam, et omnes Asiæ angulos, traxit? Infinita scilicet cupido crescendi; cum sibi uni parum magnus videretur. Quid C. Cæsarem in sua fata, pariter ac publica, immisit? Gloria, et ambitio, et nullus super cæteros eminendi modus. Unum ante se ferre non potuit, cum respublica supra se duos ferret. Quid, tu C. Marium, semel consulem, (unum enim consulatum accepit, cæteros rapuit,) cum Teutonicos Cimbrofque concideret, cum Jugurtham per Africæ deserta sequeretur, tot pericula putas appetisse virtutis instinctu? Marius exercitum, Marium ducebat ambitio.

Sen. Epist. 94.

oooooooooooooooo

Πολέμους, καὶ στάσεις, καὶ μάχας, ἔδεν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τέττα ἐπιθυμίαι. Plat. Phæd. c. 10.

oooooooooooooooo

Latiùs regnes, avidum domando
Spiritus, quàm si Libyam remotis
Gadibus jungas, et uterque Pœnus
Serviat uni.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, et aquosus albo
Corpore languor.

Hor. l. II. ode 2, 9-16.

oooooooooooooooo

Impone felicitati tuæ frænos; faciliùs illam reges.

Q. Curt. l. VII. c. 8.

oooooooooooooooo

K

Ut

oooooooooooooooo

Ut quisque animi magnitudine maximè excellit, ita maximè vult princeps omnium esse, vel potiùs solus esse. Difficile autem est, cùm præstare omnibus concupieris, servare æquitatem, quæ est justitiæ maximè propria. Cic. Off. l. I.

oooooooooooooooo

————— Ἄλλὰ σὺ θάρσος
 Δὸς μάκαρ, εἰρήνης τε μένειν ἐν ὑπήμοσι δεσμοῖς,
 Δυσμενέων προφυγόντα μόθον κῆρας τε βιαίης.

Hom. hymn. in Mart.

oooooooooooooooo

Magna gladiatorum est licentia.

Cic. Epist. l. IV. ep. 9.

oooooooooooooooo

Raptatores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terræ, et mare scrutantur; si locuples hostis est, avari; si pauper, ambitiosi: quos non Oriens, non Occidens, fatiaverit. Soli omnium opes atque inopiam pari affectu concupiscunt. Auferre, trucidare, rapere, falsis nominibus, imperium, atque (ubi solitudinem faciunt) pacem, appellant.

Ap. Tacit. in Vit. Agric.

oooooooooooooooo

—— Alid ex alio peperit discordia tristis,
 Horribile humanis quod gentibus esset in armis,
 Inque dies belli terroribus addidit augmen.
 Tentârunt etiam tauros in mœnere belli,
 Expertique suos sævos sunt mittere in hosteis;
 Et validos Parthi præ se misere leones,

Cum

Cum ductoribus armatis, sævisque magistris,
Qui moderarier hos possent, vinclisque tenere.

Lucret. l. V. 1304-1311.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Εὐκλεέςατόν ἐσιν, ἔ τὸ πολλὰς τῶν πολιτῶν ἀναιρεῖν,
ἀλλὰ τὸ πολλὰς τῶν πολιτῶν σώζειν, δύνασθαι.

Xiphilin. Liviæ orat. ad August.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Tu, qui te gloriaris ad latrones persequendos venire, omnium gentium quas adisti latro es. Lydiam cepisti; Syriam occupasti; Persidem tenes; Bactrianos habes in potestate; Indos petisti: jam etiam ad pecora nostra avaras et insatiabiles manus porrigis. Quid tibi divitiis opus est, quæ te esurire cogunt? Primus omnium satietate parasti famem; ut, quo plura haberes, acrius quæ non habes cuperes.

Q. Curt. l. VII. c. 8.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Innumerabiles sunt qui urbes, qui populos, habere in potestate; paucissimi qui se.

Sen. Quæst. Nat. l. III. præf.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Magne pater divûm, sævos punire tyrannos
Haud aliâ ratione velis, cùm dira libido
Noverit ingenium, ferventi tinçta veneno,
Virtutem ut videant, intabescantque relicta!

Pers. Sat. III. 35-38.

○○○○○○○○○○○○○○○○

——— Neque frustra præstantissimus sapientiæ
[Plato] firmare solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus et ictus; quando,

ut corpora verberibus, ita sævitiâ, libidine, malis
consultis, animus dilaceretur. Tacit. Ann. l. VI.

○○○○○○○○○○○○○○○○

— Ἐλεγε δὲ καὶ τὰς νίκας ἄνευ αἵματος ποιεῖσθαι.

Diog. Laert. in Pittac.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Tu quidem, licentiâ regni tam subitò mutatus,
documentum eris posteris, homines, cùm se permi-
sere fortunæ, etiam naturam dediscere.

Q. Curt. l. III. c. 2.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Hoc habent pessimum animi magnâ fortunâ inso-
lentes, quos læserunt et oderunt.

Sen. de ira, l. II. c. 33.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nil agis hâc irâ. Tabesne cadavera solvat,
An rogos, haud refert. Placido Natura receptat
Cuncta sinu, finemque sui sibi corpora debent.
Hos, Cæsar, populos si nunc non usserit ignis,
Uret cum terris, uret cum gurgite ponti.
Communis mundo superest rogos, ossibus astra
Misturus. Quôcunque tuam Fortuna vocabit,
Hæ quoque eunt animæ. Non altiùs ibis in auras ;
Non meliore loco Stygiâ sub nocte jacebis.
Libera Fortunæ mors est : capit omnia tellus
Quæ genuit : cœlo tegitur qui non habet urnam.
Tu, cui dant pœnas, inhumato funere, gentes,
Quid fugis hanc cladem ? quid olentes deferis agros ?
Has trahe, Cæsar, aquas : hoc, si potes, utere cœlo !
Sed tibi tabentes populi Pharfalica rura
Eripiunt, camposque tenent, victore fugato !

Lucan. VII. 809-824.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Denique,

Denique, si deus es, tribuere mortalibus beneficia debes; non sua eripere: si autem homo es, id quod es semper esse te cogita.

Q. Curt. l. VII. c. 8.

————— Levis magnas opes
Huc ferat et illuc casus. Hoc reges habent
Magnificum et ingens, nulla quod rapiat dies;
Prodesse miseris; supplices fido lare
Protegere. ————— Sen. Medea, 221-225.

Ὅς μὲν ἀπηνής τ' αὐτὸς ἔη, καὶ ἀπηνέα εἶδῃ,
Τῷ δὲ καταρῶνται πάντες βροτοὶ ἄλγε' ὀπίσσω
Ζωῶ, ἀτὰρ τεθνεῶτι γ' ἐφεψιόωνται ἅπαντες·
Ὅς δ' ἂν ἀμύμων αὐτὸς ἔη, καὶ ἀμύμονα εἶδῃ,
Τῷ μὲν τε κλέος εὐρὺ διὰ ξεῖνοι φορέασθαι
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, πολλοὶ δέ μιν ἐσθλὸν εἶπον.

Hom. Odyss. XIX. 329-334.

————— Quid enim interest, utrum ex homine se
convertat quis in belluam, an in hominis figurâ im-
manitatem gerat belluæ? Cic. Off. l. III.

Tu quoque, cùm patriæ rector dicare, paterque,
Utere more dei, nomen habentis idem.

Ov. Trist. l. II. 33-40.

Hoc est Alexandri crimen æternum, quod nulla
virtus, nulla bellorum felicitas, redimet. Nam;
quotiens quis dixerit, Occidit Persarum multa mil-
lia, opponetur, Et Callisthenem. Quotiens dictum
erit,

erit, Occidit Darium; (penes quem tunc magnum regnum erat,) opponetur, Et Callisthenem. Quotiens dictum erit, Omnia Oceano tenus vicit, ipsum quoque tentavit novis classibus, et imperium ex angulo Thraciæ usque ad Orientis terminos protulit, dicetur, Sed Callisthenem occidit.

Sen. Quæst. Nat. VI. 23.

oooooooooooooooo

————— Quid violentius aure tyranni?

Cum quo, de pluviis, aut æstibus, aut nimbo
Vere, locuturi, fatum pendeat amici!

Juv. Sat. IV. 86-88.

oooooooooooooooo

Fortuna, quos uni sibi credere coegit, magnâ ex parte avidos gloriæ, magis quàm capaces, facit.

Q. Curt. I. IV. c. 7.

oooooooooooooooo

Ταῦτα μὲν ἔτιωσ ἴσθι· κρατεῖν δ' εἰδίξο τῶνδε·

Γαστρός μὲν πρῶτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,

Καὶ θυμῷ. Πρήξεις δ' αἰσχρὸν ποτε μήτε μετ' ἄλλω,

Μήτ' ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστα αἰσχύνεο σαυτόν.

Pythag. Aur. Carm. 9-12.

oooooooooooooooo

Quid est aliud furere, non cognoscere homines, non cognoscere leges, non senatum, non civitatem? Cruentare corpus suum leve est: major hæc est vitæ, famæ, salutis suæ, vulneratio.

Cic. Orat. in L. Pis.

oooooooooooooooo

Qui terret, plus ipse timet. Sors ista tyrannis
Convenit. Invideant claris, fortesque trucident;

Muniti

Muniti gladiis vivant, septique venenis;
 Ancipites habeant arces, trepidique minentur:
 Tu civem patremque geras: tu confule cunctis,
 Non tibi; nec tua te moveant, sed publica vota.

Claud. de IV. consulat. Honor.

oooooooooooooooo

Ille qui multa ambitiose concupiit, superbe contempfit, impotenter vicit, infidiose decepit, avaro rapuit, prodige effudit, necesse est memoriam suam timeat. Atqui hæc est pars temporis nostri sacra ac dedicata, omnes humanos casus supergressa, extra regnum Fortunæ subducta, quam non inopia, non metus, non morborum incurfus, exagitat. Hæc nec turbari nec eripi potest: perpetua ejus et intrepida possessio est. Sen. de brev. vit. c. 10.

oooooooooooooooo

—— Δίκης ἐπάκχε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
 Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων,
 Ἰχθύσι μὲν, καὶ θηροῖς, καὶ οἰωνοῖς πετεεινοῖς,
 Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ ἔ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς.
 Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
 γίνεται. ————— Hesiod. Op. et D. I. 273-278.

oooooooooooooooo

Etiam si qua sunt jura quæ obstant, si tamen angustus saltem detur accessus, per quem intrare humanitas possit, vera clementia occasione contenta est. Quintil. Declam. VI.

oooooooooooooooo

Odimus accipitrem, quia semper vivit in armis,
 Et pavidum solitos in pecus ire lupos:

At

At caret infidiis hominum, quia mitis hirundo est ;
 Quasque colat turres Chaonis ales habet.

Ov. Ars Am. l. II.

oooooooooooooooo

Ἐχθιστος δέ μοι ἐστὶ θεῶν οἱ Ὀλυμπεον ἔχουσιν

Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πολέμοί τε, μάχαι τε.

Hom. Il. V. 890, 1. [Jup. ad Mart.]

oooooooooooooooo

Quod istud, dii boni, malum est, occidere, sæ-
 vire, delectari sono catenarum, et civium capita de-
 cidere, quocunque ventum est multum sanguinis
 fundere, aspectu suo terrere ac fugare! Quæ alia
 vita esset si leones ursique regnarent? si serpenti-
 bus, in nos, ac noxiosissimo cuique animali, dare-
 tur potestas? Illa, rationis expertia, et a nobis
 immanitatis crimine damnata, abstinent suis; et
 tuta est, etiam inter feras, similitudo.

Sen. de clement. l. I. c. 26.

oooooooooooooooo

————— Parcit

Cognatis maculis similis fera. Quando leoni
 Fortior eripuit vitam leo? Quo nemore unquam
 Expiravit aper majoris dentibus apri?
 Indica tigris agit ravidâ cum tigride pacem
 Perpetuam: sævis inter se convenit urfis.
 Ast homini ferrum lethale incude nefanda
 Produxisse parum est; cùm, rastra et sarcula tantùm
 Adfueti coquere, et marris ac vomere lassî,
 Nescierint primi gladios excudere fabri.

Juv. Sat. XV. 159-168.

oooooooooooooooo

Animi

oooooooooooooooo

Animi imperio, corporis servitio, magis utimur : alterum nobis cum diis, alterum cum belluis, commune est. Quo mihi rectius videtur ingenii quàm virium opibus gloriam quærere.

Sallust., Bell. Cat. sub init.

oooooooooooooooo

Hæ tibi erunt artes ; pacisque imponere morem,
Parcere subjectis, et debellare superbos.

Virg. Æn. VI. 852, 3.

oooooooooooooooo

Magnum onus sustines capite, regium insigne.
Hoc aut moderate perferendum est, aut (quod abominor) in te ruet. Consilio, non impetu, opus est.

Q. Curt. l. VII. c. 4.

oooooooooooooooo

Μήτ' ἐπὶ πῆματι πάγχυ δαίξω θυμὸν ἀνὴρ,
Μήτ' ἐσθλῶ μέγα χαῖρε' νότ' δέ τοι ἥπιος ἔσσω,
Ἐς τε φίλης ἐτάρας, ἔδ' υἱέας, ἔς τε γυναῖκας,
Μνωομένω κατὰ θυμὸν ὅτι σχεδὸν ἀνδρώποισι
Οὐλομένοιο μόροιο πύλαι καὶ δώματα νεκρῶν
Ἀνδρῶν γὰρ γένος ἐστὶν ὁμοῖον ἀνδρῶσι ποίης,
Ἀνδρῶσιν εἰαρινοῖσι τὰ μὲν φθινύθει, τὰ δ' αἰέξει
Τὲνεκα μέλιχος ἔσσο.

Q. Calab. XIV. 201-208.

oooooooooooooooo

Quid interest, quot eripuerit regna, quot dederit, quantum terrarum tributo premat ? tantum illi deest quantum cupit. Nec hoc Alexandri tantum vitium fuit, quem per Liberi Herculisque vestigia felix temeritas egit, sed omnium quos fortuna irri-

tavit implendo. Cyrum et Cambyfen, et totum regni Persici stemma, percense: quem invenies cui modum imperii fatietas fecerit; qui non vitam in aliquâ ulterius procedendi cogitatione finierit?

Sen. de Benef. c. 2, 3.

ὦ γενεαὶ βροτῶν, ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μηδὲν
Ζώσας ἐναριθμῶ

Τίς γὰρ, τίς ἀνὴρ, πλείον

Τᾶς εὐδαιμονίας φέρει

Ἡ τοσούτον ὅσον δοκεῖν,

Καὶ δόξαντ' ἀποκλῖναι;

Soph. Oedip. Tyrann. 1196-1201.

Quamvis sensu careant muta animalia, pleraque tamen innocentibus cibis vescuntur, uti quæque confuerunt. Inter homines etiam si qua alienis membris imprimunt dentem, mutuo tamen laniatu abstinent; nec est ulla super terras adeo rabiosa belua, cui non imago sua sancta sit.

Quintil. Decl. XII.

Nec pœnam sceleri invenies, nec digna parabis
Supplicia his populis, in quorum mente pares sunt,
Et similes, ira atque fames. Mollissima corda
Humano generi dare se Natura fatetur,
Quæ lacrymas dedit. Hæc nostri pars optima sensûs.

Juv. Sat. XV. 129-133.

Ea animi elatio, quæ cernitur in periculis et laboribus, si justitiâ vacat, pugnatque non pro salute
communi,

communi, sed pro suis commodis, in vitio est: non enim modò id virtutis non est; sed potiùs immanitatis, omnem humanitatem repellentis.

Cic. Off. l. I.

Avidis, avidis, natura parum est.

Sen. Herc. Oet. 631.

Parvum herediolum, fateor: sed nulla fuit res

Parva unquam æquanimis; adde etiam unanimes.
Ex animo rem stare æquum puto; non animum ex re.

Cuncta cupit Cræsus; Diogenes nihilum.

Spargit Aristippus mediis in Syrtibus aurum:

Aurea non satis est Lydia tota Midæ.

Cui nullus finis cupiendi, est nullus habendi:

Ille opibus modus est quem statuas animo.

Auson. Villula, 9-16.

Infatiabilis avaritiæ est adhuc implere velle quod circumfluit.

Q. Curt. l. VIII. c. 8.

Δύο δέ τοι ζωᾶς ἄωτον

Μῆνα ποιμαίνοντι τὸν ἄλ-

πυρρον εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ,

Εἴ τις, εὖ πάσχων, λόγον ἰσλὸν ἀκέσσι.

Μὴ ματεῦε Ζεὺς γενέσθαι πάντ' ἔχεις

Εἴ σε τέτων μοῖρ' ἐφίκοιτο καλῶν.

Θνατὰ θνατοῖσι πρέπει.

Pind. Isthm. ode 5.

Finem constitue, quem transire ne possis quidem si velis. Discedent aliquando illa speciosa bona, et

sperantibus meliora quàm assecutis. Si quid in illis esset solidi, aliquando et implerent: nunc haurentium sitim concitant. Sen. Epist. 15.

Unus Pellæo juveni non sufficit orbis:

Æstuat infelix angusto limite mundi,

Ut Gyaræ clausus scopulis, parvâque Seripho.

Cùm tamen a figulis munitam intraverit urbem,

Sarcophago contentus erit. Mors sola fatetur.

Quantula sint hominum corpuscula. —

Juv. Sat. X. 168-173.

Ὡσπερ γὰρ τὸ λαμπρὸν φῶς μαρτυρίαν περιτίθησι τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἔτῳ καὶ ἡ ὑπερβάλλουσα εὐτυχία τῷ νόῳ τᾶς ψυχᾶς.

Archyt. Pythag.

Suscipienda quidem bella sunt ob eam causam ut sine injuriâ in pace vivatur: partâ autem victoriâ, conservandi sunt ii qui non crudeles in bello, nec immanes, fuerunt. Cic. Off. 1. I.

Frondebis Actiacis comptos redimita capillos,

Pax, ades, et toto mitis in orbe mane.

Dum desint hostes, desit quoque causa triumphi.

Tu ducibus bello gloria major eris.

Sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma;

Canteturque ferâ, nil nisi pompa, tubâ.

Ov. Fasti, I. 711-716.

— Hoc et ratio doctis, et necessitas barbaris, et mos gentibus, et feris natura ipsa præscripsit, ut
omnem

omnem semper vim, quâcunque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua, propulsarent. —

Cic. orat. pro Mil.

oooooooooooooooo

Violenta nemo imperia continuit diù :
Moderata durant : quôque Fortuna altiùs
Evexit ac levavit humanas opes,
Hôc se magis suppressere felicem decet,
Variosque casus tremere, metuentem deos
Nimiùm faventes. — Sen. Troas, 256-261.

oooooooooooooooo

Νόμιζε μηδέν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον· ἔτω γὰρ ἔτε
εὐτυχῶν ἔση περιχαρῆς, ἔτε δυστυχῶν περίλυπος.

Isoe. Epist. ad Demonic.

oooooooooooooooo

Periculosum est prægrave imperium. Difficile est
continere quod capere non possis. — Nescio an
Darius ideo tam multa amiserit quia nimiae opes
magnæ jacturæ locum faciunt. Facilius est quædam
vincere quàm tueri. Q. Curt. I. IV. c. 11.

oooooooooooooooo

— Quid optandum foret ignorasse fateris
Sejanum : nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, unde altior esset
Casus, et impulsæ præceps immane ruinæ.

Juv. Sat. X. 103-107.

oooooooooooooooo

Οὐ γὰρ ἄμ' ἀνθρώποισι θεοὶ τέλεισιν ἅπαντα·
Ἄλλ' ἐσθλῶ κακὸν ἄγχι παρίσται ἐκ τινος αἴσης.

Q. Calab. VII. 9, 10.

oooooooooooooooo

Нæс

Hæc divina potentia est, gregatim ac publicè servare: multos autem occidere, et indiscretos, incendiï ac ruinæ potentia est.

Sen. de clement. l. I. c. 26.

— Intelligi potest, nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia munitum.

Cor. Nep. in Dion.

Πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα πῶς ἂν τις ἀδουφόρητος ὦν ἀρχεῖν ἀσφαλῶς δύναίτο, Ἐὰν ἔτιωσ, ἔφη, αὐτῶν ἀρχῆ, ὡσπερ οἱ πατέρες τῶν υἱῶν.

Agasicles, Plutarch. Apoph.

— Cum vincamur in omni
Munere, sola deos æquat clementia nobis.
Neu dubiè suspectus agas, neu falsus amicis,
Rumorumve avidus. Qui talia curat inanes
Horrebit strepitus, nullâ non anxius horâ.
Non sic excubiæ, non circumstantia pila,
Quàm tutatur amor. Non extorquebis amari.
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia, donat.
Nonne vides operum quo se pulcherrimus ille
Mundus amore liget, nec vi connexa per ævum
Conspirent elementa sibi? quòd limite Phœbus
Contentus medio, contentus litore pontus?
Et quòd perpetuò terras ambitque vehitque,
Nec premat incumbens, oneri nec cesserit aër?

Claud. de IV. consulat. Honor.

Ille tamen, quibus sibi parietibus et muris salutem suam tueri videbatur, dolum secum, et insidias,

et

et ultorem scelerum, deum, inclusit. ———— Dis-
cimus experimento fidelissimam esse custodiam prin-
cipis ipsius innocentiam. Hæc arx inaccessa, hoc
inexpugnabile munimentum, munimento non egere.

Plin. Panegy.

#####

Non est diuturna possessio, in quam gladio indu-
cimur : beneficiorum gratia sempiterna est.

Q. Curt. l. VIII. c. 8.

#####

Immodicis brevis est ætas, et rara senectus.

Quidquid amas, cupias non placuisse nimis.

Mart. l. VI. epig. 29.

#####

Τὸ μὲν γὰρ ἕδεν μέγα τὸ μὴ τυχεῖν τὸ δὲ ἀλγαιὸν τὸ
τυχόντα εἶτα ἀποστρεφθῆναι. Ælian. Var. Hist. l. XIV.

#####

——— Malus enim custos diuturnitatis metus :
contraque, benevolentia fidelis est vel ad perpetui-
tatem.

Cic. Off. l. I.

#####

——— Errat enim, si quis existimat tutum esse
ibi regem ubi nihil a rege tutum est. Securitas se-
curitate mutuâ paciscenda est. Non opus est in-
struere in altum editas arces, nec in adscensum ar-
duos colles emunire, nec latera montium abscidere,
aut multiplicibus se muris turribusque sepire. Sal-
vum regem in aperto clementia præstabit. Unum
est inexpugnabile munimentum, amor civium.

Sen. de clem. l. I. c. 19.

#####

Humanitati

Humanitati qui se non accommodat
Plerumque poenas appetit superbiæ.

Phædr. l. III. fab. 16.

Leo quoque aliquando minimarum avium pabu-
lum fit, et ferrum rubigo consumit. Nihil tam
firmum est, cui periculum non fit, etiam ab inva-
lido.

Q. Curt. l. VII. c. 8.

In dubiis tutum est inopem simulare tyranno.
Quanto igitur mundi dominis securius ævum
Verus pauper agit! ——— Lucan. VIII. 241-243.

Qui se metui volent, a quibus metuuntur, eos-
dem metuant ipsi necesse est: quid enim censemus,
superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris
angi solitum, qui, cultros metuens tonsorios, can-
denti carbone sibi adurebat capillum?

Cic. Off. l. II.

—— Κρείσσον γὰρ λιμῶ ἀποθανεῖν, ἄλυπὸν καὶ ἄφοβον
γεγόμενον, ἢ ζῆν ἐν ἀφρόνοις ταρασσόμενον.

Epicet. Ench. c. 16.

Otium divos rogat in patenti
Prensus Ægæo, simul atra nubes
Condedit lunam; neque certa fulgent
Sidera nautis;
Otium bello furiosâ Thrace;
Otium Medi, pharetrâ decori,

Grosche,

Grosphe, non gemmis, neque purpurâ, ve-
nale, nec auro.

Non enim gazæ, neque consularis
Summovet licitor miseros tumultus
Mentis, et curas laqueata circum
Tecta volantes.

Hor. l. II. ode 16, 1-12.

oooooooooooooooo

————— Ἀνάπαυσις

Ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργω κόρον δ' ἔχει

Καὶ μέλι, καὶ τὰ τετρὴν ἄνθε' ἀφροδίσια.

Pind. Nem. ode 7.

oooooooooooooooo

Tam imbecillum est quod nocet quàm cui noce-
tur. Optima vi noxiâ carent. Expectant nos, si
ex hâc aliquando fæce in illud evadimus sublime et
excelsum, tranquillitas animi, et, expulsis errori-
bus, absoluta libertas. Quæris quæ sit ista? non
homines timere, non deos; nec turpia velle, nec
nimia: in seipsum habere maximam potestatem.
Inæstimabile bonum est suam fieri. Sen. Epist. 75.

oooooooooooooooo

————— Nihil est igitur, exceptâ virtute, quod
mortali animo ac manu immortale quæri possit.

Val. Max. l. V. c. 6.

oooooooooooooooo

Heu! quantum scelus est in viscera viscera condi,
Congestoque avidum pinguescere corpore corpus,
Alteriusque animantem animantis vivere leto!

Ov. Metam. XV. 88-90.

oooooooooooooooo

M

————— Detrahere

———— Detrahere igitur aliquid alteri, et hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.

Cic. Off. l. III.

Sisyphus in vitâ quoque nobis ante oculos est ;
 Qui petere a populo fasces, sævasque secureis,
 Imbibit, et semper victus tristisque recedit :
 Nam petere imperium quod inane 'st nec datur unquam,

Atque in eo semper durum sufferre laborem,
 Hoc est adverso nixantem trudere monte
 Saxum ; quod tamen à summo jam vertice rursum
 Volvitur, et plani raptim petit æquora campi.

Lucret. III. 1008-1015.

Ἐρωτηθεὶς δὲ ποτε ὁποτέρᾳ βελτίων τῶν ἀρετῶν, ἀνδρεία ἢ δικαιοσύνη, ἔδεν ὄφελος ἀνδρείας ἔφασκεν εἶναι μὴ παρῆσις δικαιοσύνης· εἰ δὲ δίκαιοι πάντες γένοιτο, μηδὲν ἀνδρείας δευδῆσεσθαι.

Agefil. Mag. Plut. Apophth.

Ne quicquam populo bibulas donaveris aures.
 Respue quod non es. Tollat sua munera cerdo.
 Tecum habita: nôris quàm fit tibi curta supellex.

Perf. Sat. 50-52.

Stulta avaritia mortalium possessionem proprietatemque discernit, nec quidquam suum credit esse quod publicum est : at ille sapiens nihil judicat suum

suum magis quàm cuius illi cum humano genere
confortium est. ——— Epulum, et visceratio, et
si quid aliud capitur manu, discedit in partes: at
hæc individua bona, pax et libertas, tam omnium
tota quàm singulorum sunt. Sen. Epist. 73.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Οἶσθα μὲν ἔν καὶ σὺ, ᾧ Καμβύση, ὅτι ἔ τάδε τὸ χρυσῶν
σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασωζόν ἐστίν, ἀλλὰ οἱ πιγτοὶ φί-
λοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον.

Xenoph. Cyrop. I. VIII.

○○○○○○○○○○○○○○○○

——— Nec unquam satis fida potentia ubi ni-
mia est. Tac. Hist. I. II.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Magnum timoris remedium clementia est.

Sen. Octav. 432.

○○○○○○○○○○○○○○○○

In maximis animis, splendidissimisque ingeniis,
plerumque existunt honoris, imperii, potentiae, glo-
riae, cupiditates. Quo magis cavendum est ne quid
in eo genere peccetur. Cic. Off. I. I.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Licet ipsa vitium sit ambitio, frequenter tamen
causa virtutum est. Quint. Inst. I. I. c. 2.

○○○○○○○○○○○○○○○○

——— An boni quid usquam est quod quisquam uti
possiet

Sine malo omni? ——— Plaut. Merc. act. I. sc. 2.

○○○○○○○○○○○○○○○○

I nunc, tolle animos, et tecum finge triumphos;

Stantiaque in plausum tota theatra juvent:

Attalicas supera vestes, atque omnia magnis

Gemmea sint ludis: ignibus ista dabis.

Sed tamen huc omnes ; huc primus et ultimus ordo.

Est mala ; sed cunctis ista terenda via est.

Exoranda canis tria sunt latrantia colla :

Scandenda est torvi publica cymba senis.

Ille licet ferro cautus se condat, et ære,

Mors tamen inclusum protrahit inde caput.

Nirea non facies, non vis exemit Achillem,

Cræsum aut Pactoli, quas parit humor, opes.

Propert. l. III. el. 17. 17-28.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Fortuna vitrea est : cùm splendet frangitur. Anon.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Secundæ res acrioribus stimulis animum explo-
rant ; quia miseriæ tolerantur : felicitate corrumpi-
mur.

Tacit. Hist. l. I.

○○○○○○○○○○○○○○○○

—— Τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τῆ
κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται· διόπερ πολλάκις δοκεῖ
τὸ φυλάξαι τὰ ἀγαθὰ τῆ κτήσασθαι χαλεπώτερον εἶναι.

Demosth. Olynth. I.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Non minùs principi turpia sunt multa supplicia
quàm medico multa funera. Remissiùs imperanti
meliùs paretur. Naturâ contumax est humanus
animus, et in contrarium atque arduum nitens ; se-
quiturque faciliùs quàm ducitur.

Sen. de clem. l. I. c. 24.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nobilis equus umbrâ quoque virgæ regitur : ig-
navus ne calcari quidem concitari potest.

Q. Curt. l. VII. c. 4.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Memini

Memini tunc verissimè judicari meruerit quis honorem, necne, quum adeptus est.

Plin. Paneg. sub fin.

Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt; nec simulatum potest quidquam esse diuturnum.

Cic. Off. 1. II.

Ipsa quidem virtus sibi met pulcherrima merces;
Dulce tamen venit ad manes quum gloria vitæ,
Durat apud superos, nec edunt oblivia laudem.

Sil. Ital. XIII. 663-665.

Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est quàm fama potentia non suâ vi nixæ.

Tac. Annal. 1. XIII.

— Ἀρχὴ δὲ καταλύσεως ἐγεννᾶτο, καὶ σύσασις ἐπιβηλῆς τοῖς ἠγαθέμοις, ἢν ἕκ ἐκ τῶν χειρῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν γενναιοτάτων καὶ μεγαλοψυχωτάτων, ἔτι δὲ θαρραλεωτάτων ἀνδρῶν, συνέβαινε γενέσθαι, διὰ τὸ τῆς τοιούτης ἠκίστα δύρασθαι φέρειν τὰς τῶν ἐφεσῶτων ὑβρεῖς.

Polyb. Hist. VI. 5.

— Habet enim mens nostra sublime quiddam et erectum, et impatiens superioris; ideoque abjectos, aut summittentes se, libenter allevamus, quia hoc facere tanquam majores videmur; et, quoties discessit æmulatio, succedit humanitas. At qui se supra modum extollit premere ac despiciere creditur,

ditur, nec tam se majorem, quàm minores cæteros, facere. Inde invident humiliores.

Quint. Inst. l. XI. c. 1.

oooooooooooooooo

At sibi cuncta petens, nil collatura, cupido,
In jecur et tractus imos compulsa recessit :
Quæ, velut immanes referat dum bellua rictus,
Expleri pascique nequit. Nunc verbere curas
Torquet avâritiæ ; stimulis nunc flagrat amorum ;
Nunc gaudet, nunc mæsta dolet ; fatiataque rursus
Exoritur, cæsâque redit pollentiùs Hydrâ.
Hos igitur si quis poterit sedare tumultus,
Inconcussa dabit puræ sacraria menti.

Claud. de IV. consulat. Honor.

oooooooooooooooo

Ipsi Britanni delectum, ac tributa, et injuncta imperii munera, impigrè obeunt, si injuriæ absint : has ægrè tolerant, jam domiti ut pareant, nondum ut serviant. Igitur primus omnium Romanorum, D. Julius, cum exercitu Britanniam ingressus, quam prosperâ pugnâ terruerit incolas, ac litore positus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse.

Tacit. Vit. Agric.

oooooooooooooooo

Ἡμῖσι γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς

Ἄνιρος εὐτ' ἂν μιν κατὰ δέλιον ἡμᾶρ ἔλθῃν.

Hom. Odyss. XVII. 322, 3.

oooooooooooooooo

Indignum, ait, [Pharnabazus,] bella non perfici, sed redimi ; hostem pretio, non armis, summoveri.

Justin. l. VI. c. 1.

oooooooooooooooo

Suos

oooooooooooooooo

Suos hortatur [Sylla] uti fortem animum gererent: sæpe ante, paucis strenuis, adversus multitudinem, bene pugnatum. Quanto sibi in proelio minus pepercissent, tanto tutiores fore; nec ququam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere. Sall. B. Jug. c. 115.

oooooooooooooooo

Εἰς οἰωνὸς ἀριστεῖ, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Hom. Il. XII. 243.

oooooooooooooooo

————— Similes ne fingite vobis,
Classica qui tremitis, divos. Sat magnus in hostem
Augur adest ensis, pulchrumque et milite dignum
Auspicium Latio, quod in armis dextera præstat.

-Sil. Ital. V. 117-120.

oooooooooooooooo

Μορφὰ θελυτέρησι πέλει καλὸν, ἀνέρι δ' ἄλκᾳ. Bion. frag.

oooooooooooooooo

Quomodo lucem noctemque omnibus hominibus,
ita omnes terras fortibus viris natura aperuit.

Tac. Hist. l. IV.

oooooooooooooooo

————— Duo sunt, quibus extulit ingens
Roma caput; virtus belli, et sapientia pacis.

Sulpic. Sat.

oooooooooooooooo

Non sit sine periculo facinus magnum et memorabile.

Ter. Heaut. act. II. sc. 3.

oooooooooooooooo

Vires faciamus, ante omnia, quæ sufficiant labori certaminum, et usu non exhauriantur. Nihil enim rerum ipsa natura voluit magnum effici citò; præposuitque

posuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem ;
quæ nascendi quoque hanc fecerit legem, ut mājora
animaliā diutiūs visceribus parentum continerentur.

Quintil. Inst. I. X. c. 3.



Nihil tam altè natura constituit, quo virtus non
possit eniti.

Q. Curt. I. VII. c. 11.



Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor,
Ut volucris vacuo quicquid in orbe patet.

Ov. Fasti, I. 493, 4.



Ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων τὸν τῆς εἰ-
μαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει· ὁ δὲ καὶ τῇ
πατρίδι, ὑπὲρ τῆ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δευλεύσαν, ἀποθνήσ-
κειν ἐδελήσει, καὶ φοβερωτέρας ἠγήσεται τὰς ὕβρεις καὶ τὰς
αἰτιμίας, ἃς ἐν δευύσῃ τῇ πόλει φέρειν ἀνάγκη.

Demosth. de corona, §. 28.



Tibi persuade, præter culpam ac peccatum, —
homini accidere nihil posse quod sit horribile aut
pertimescendum.

Cic. Epist. I. V. ep. 21.



————— Non me tua fervida terrent
Dicta, erox: Dii me terrent, et Jupiter hostis.

Virg. Æn. XII. 894, 5.



Ὡς ἕδεν γλύκιον ἤς πατρίδος, ἕδὲ τοκῆων,
Γίνεται, εἴπερ καὶ τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον
Γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκῆων.

Hom. Odyss. XI. 34-36.



oooooooooooooooo

— Prima igitur et optima rerum natura pietatis est magistra ; quæ, nullo vocis ministerio, nullo usu literarum, indigens, propriis ac tacitis viribus charitatem parentum pectoribus liberorum infundit.

Val. Max. l. V. c. 4.

oooooooooooooooo

Impetu quodam et instinctu procurrere ad mortem commune cum multis ; deliberare verò, et causas ejus expendere, utque suaferit ratio, vitæ mortisque consilium suscipere vel ponere, ingentis est animi.

Plin. l. I. epist. 22.

oooooooooooooooo

— Εἰρήνη γὰρ, μετὰ μὲν τῆ δικαίᾳ καὶ πρέποντος, κάλλιστόν ἐστι κτῆμα καὶ λυσitteλέστατον· μετὰ δὲ κακίας ἢ ἀθλείας ἱππονείδισθε, πάντων αἰσχιστον καὶ βλαβερώτατον.

Polyb. Hist. IV. 31.

oooooooooooooooo

— Non æquus in arctis
Nimirum rebus suafor metus : arguit asper
Exitus eventu pravi consulta timoris.

Sil. Ital. V. 478-480.

oooooooooooooooo

Virtutis uberrimum alimentum est honos.

Val. Max. l. II. c. 6.

oooooooooooooooo

— Pax fervientibus gravior quàm liberis bellum —.

Liv. l. I. c. 16.

oooooooooooooooo

— Pax arva colat. Pax candida primùm
Duxit araturos sub juga curva boves.
Pax aluit vites, et succos condidit uvæ,
Funderet ut nato testa paterna merum.

Pace bidens vomerque vigent ; at tristia durî
Militis in tenebris occupat arma situs.

Tibul. el. XI. 45-50.

oooooooooooooooo

————— Magnum delata potestas,
Majorem contempta, probat. —————

Claud. Epithal. Pallad. et Cel.

oooooooooooooooo

Κάκιστον δὲ ἔλεγεν ἄρχοντα εἶναι τὸν ἄρχειν ἑαυτῷ μὴ δου-
νάμενον. Cato sen. Plut. Apoph.

oooooooooooooooo

Sunt et belli, sicut pacis, jura ; justèque ea, non
minùs quàm fortiter, didicimus gerere. Arma ha-
bemus, non aduersum eam ætatem cui etiam captis
urbibus parcitur, sed aduersus armatos.

Liv. l. V. c. 27.

oooooooooooooooo

————— Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil a-
liud nisi pax quæsitâ videatur. Cic. Off. l. I.

oooooooooooooooo

Parce, precor, scabrasque manus a messibus aufer ;

Neve noce cultis : posse nocere fat est.

Nec teneras segetes, sed durum contere ferrum ;

Quodque potest alios perdere, perde prior.

Utiliùs gladios et tela nocentia carpes :

Nil opus est illis : otia mundus agit.

Sarcula nunc, durusque bidens, et vomer aduncus,

Ruris opes, niteant : inquinet arma situs ;

Conatusque aliquis vaginâ ducere ferrum,

Adstrictum longâ sentiat esse morâ.

Ov. Fasti, IV. 921-930.

oooooooooooooooo

Qui

oooooooooooooooo

Qui summum bonum sic instituit ut nihil habeat cum virtute conjunctum, idque suis commodis, non honestate, metitur, hic si sibi ipse consentiat, et non interdum naturæ bonitate vincatur, fit ut neque amicitiam colere possit, nec justitiam, nec liberalitatem.

Cic. de Off. l. I.

oooooooooooooooo

Aurea nunc verè sunt sæcula ; plurimus auro *

Venit honos ; auro conciliatur amor : *

Auro pulsa fides ; auro venalia jura :

Aurum lex sequitur ; mox sine lege pudor.

* Ov. Ars Am. l. II. Prop. l. III. el. 12. 49-52.

oooooooooooooooo

Τῶτων μὲν φύσει ἔδενός ἐσμεν κύριοι, νόμῳ δὲ καὶ διαδοχῇ τὴν χεῖρσιν αὐτῶν εἰς ἀόριστον παραλαμβάνοντες, ὀλιγοχρόνιοι δεσπότες νομιζόμεθα· καὶ πειδᾶν ἢ προφροσύνη παρῆλθῃ, τῆν-καῦτα παραλαβὼν ἄλλος ἀπολαύει τῆ ὀνόματος.

Luciani Nigrin.

oooooooooooooooo

Nullus argento color est, avaris

Abditæ terris inimice lamnæ,

Crispe Sallusti, nisi temperato

Splendeat usu. — Hor. l. II. ode 2, 1-4.

ooooo oooooo oooooo

Quid tanquam tuo parcis? procurator es. —

Quæris quomodo illa [quæ possides] tua facias?

Dona dando. Consule ergo rebus tuis, et certam

tibi earum atque inexpugnabilem possessionem para ;

honestiores illas non solum, sed tutiores, facturus.

Illud quod suspicis, quo te divitem ac potentem

putas, quamdiu possides, sub nomine sordido jacet.

Domus est, servus est, nummi sunt : cùm donâsti,
beneficium est. Sen. de benef. l. VI. c. 3.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Is locus officio, quum cessant prospera, quumque
Dura ad opem fortuna vocat : nam læta fovere
Haudquaquam magni est animi decus. —————

Sil. Ital. XI. 167-169.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— Ἄνδρα δ' ἔχρεών

Τὸν ἀγαθὸν, πρᾶσσοντα μεγάλα, τὴς τρόπης μεθιστάναι,
Ἄλλὰ καὶ βέβαιον εἶναι τότε μάλις αὐτοῖς φίλοις
Ἡνίκα ὀφελεῖν μάλις αὐτοῖς ἐστὶν εὐτυχῶν.

Eurip. Iphig.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— Est enim quædam etiam dolendi voluptas ;
præsertim si in amici sinu defleas.

Plin. Epist. l. VIII. ep. 16.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— Solem enim e mundo tollere videntur, qui
amicitiam e vitâ tollunt ; quâ nihil a diis immorta-
libus melius habemus, nihil jucundius.

Cic. de Amicit.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quo se Fortuna, eodem etiam favor hominum,
inclinat.

Justin. l. V. c. 1.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— Tanto major famæ fitis est quàm
Virtutis : quis enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas ? ————— Juv. Sat. X. 141-143.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.

Hor. Epist. l. I. ep. 1, 52.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Multis

Multis rebus non ex naturâ suâ, sed ex humilitate nostrâ, magnitudo est. Sen. Q. Nat. l. III. præf.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Cæsar dando, sublevando, ignoscendo; Cato, nihil largiundo, gloriam adeptus est. In altero miseris perfugium; in altero malis pernicies. Illius facilitas, hujus constantia, laudabatur.

Sallust. Bell. Cat.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Cæsarum pecuniarum translatio a justis dominis ad alienos non debet liberalis videri: nihil enim est liberale quod non sit idem justum. Cic. Off. l. I.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Videre etiam licet plerisque, non tam naturâ liberales quàm quâdam gloriâ ductos, ut benefici videantur, facere multa quæ ab ostentatione proficisci magis quàm a voluntate videantur. Talis autem simulatio vanitati est conjunctior quàm aut liberalitati aut honestati. Cic. Off. l. I.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Adeo gratiosa virtus est, ut insitum sit etiam malis probare meliora. Quis est qui non beneficus videri velit? qui non inter scelera et injurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipsis quæ impotentissimè fecit speciem aliquam induat recti?

Sen. de Benef. l. IV. c. 17.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Τῆτό σοι, ἔφη, δῶρον μέγιστον ἤκω ἄγων, ξένον ἄνδρα Φιλίας δεόμενον. Luciani Scytha.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— Πρὸς γὰρ Διὸς εἰσιν ἅπαντες
ἄεινοί τε πτωχοί τε. ——— Hom. Odyss. XIV. 57, 8.

○○○○○○○○○○○○○○○○

In pretio pretium nunc est. Dat census honores,
Census amicitias. Pauper ubique jacet.

Ov. Fasti, l. 217, 18.

Utcunque est ventus, exin velum vortitur.

Plaut. Pœn. act. III. sc. 5.

Maligna est calamitas ; et ferè noxius, quum suo
supplicio crucietur, adquiescit alieno.

Q. Curt. l. VI. c. 10.

Donec eris felix, multos numerabis amicos :

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Aspicias ut veniant ad candida testâ columbæ :

Accipit nullas fordida turris aves.

Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam :

Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Utque comes radios per solis euntibus umbra,

Cùm latet hic pressus nubibus, illa fugit ;

Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus ;

Quæ, simul inductâ nube teguntur, abit.

Ov. Trist. l. I. el. 8, 5-14.

— Τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τὰς δὲ
φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγιγνώσκομεν. Hoc. ad Demon.

Beneficia eo usque lata sunt, dum videntur exolvi
posse : ubi multum antevenere, pro gratiâ odium
redditur.

Tacit. Annal. l. IV.

Plerique perverse, ne dicam impudenter, amicum
habere talem volunt quales ipsi esse non possunt ;
quæque

quæque ipsi non tribuunt amicis, hæc ab iis desiderant.
Cic. de Amicit.

oooooooooooooooo

Omnes, quibus res sunt minùs secundæ, magis sunt nescio quomodo

Suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis: Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.
Ter. Adel. act IV. sc. 3.

oooooooooooooooo

———— Καὶ τὴν φιλίαν διὰ τὰς χρείας· δεῖν μὲντοι προκατάρχεσθαι (καὶ γὰρ τὴν γῆν σπεύρομεν)· συνίστασθαι δὲ αὐτὴν κατὰ κοινωσίαν ἐν ταῖς ἡδοναῖς.

Diog. Laert. in Epicur.

oooooooooooooooo

Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus metuit. Tu, dum tua navis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosum,
Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi.

Hor. Epist. l. I. ep. 18, 86-90.

oooooooooooooooo

In alio sua quemque natura delectat. Plin. Pan.

oooooooooooooooo

Genus, Auete, lucri divites habent iram.
Odisse quàm donare vilius constat.

Mart. l. XII. epig. 13.

oooooooooooooooo

———— Ita sunt isti nostri divites;
Si quid bene facias, levior plumâ est gratia;
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

Plaut. Pœn. act. III. sc. 6.

oooooooooooooooo

Maximè

oooooooooooo

Maximè quidem optandum est, ut cum æqualibus possis, quibuscum tanquam e carceribus emissus sis, cum iisdem ad calcem, ut dicitur, pervenire : sed, quoniam res humanæ fragiles caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, et a quibus diligamur : caritate, enim, benevolentiaque sublatâ, omnis est e vitâ sublata jucunditas.

Cic. de Amicit.

oooooooooooo

Ἐρρε, θεοῖσιν τ' ἐχθρὸν, καὶ ἀνθρώποισιν ἄπιστε,
Ψυχρὸν ὃς ἐν κόλπῳ ποικίλον εἶχεσ' ὄφιν.

Theognis, 601, 2.

oooooooooooo

— Qui [duriores] an magni sapientesque sint, nescio : homines non sunt : hominis est enim affici dolore, sentire ; resistere tamen, et solatia admittere, non solatiis non egere.

Plin. l. VIII. ep. 16.

oooooooooooo

Amicitia plurimas res continet. Quoquo te verteris, præstò est ; nullo loco excluditur : nunquam intempestiva, nunquam molesta, est. Itaque non aquâ, non igni, ut aiunt, pluribus locis utimur quàm amicitia.

Cic. de Amic.

oooooooooooo

Quarta tibi hæc notos detexit epistola questus,
Pauline, et blando residem sermone laceffit :
Officium sed nulla pium mihi pagina reddit,
Fausta salutigeris adscribens orsa libellis.
Unde istam meruit non felix charta repulsam,
Spernit tam longo cessatio quam tua fastu ?

Hostis

Hostis ab hoste tamen per barbara verba salutem
Accipit; et SALVE mediis intervenit armis.
Respondent et faxa homini. Percussus ab antris
Sermo redit: redit et nemorum vocalis imago.
Littorei clamant scopuli. Dant murmura rivi.
Hyblæis apibus sepes depasta susurrat.

Auson. ad Paulin. epist. 25.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Τὸς κακὸς εὖ ποιῶν, ὁμοία πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κύναις
σιτίζουσιν· ἐκεῖναί τε γὰρ τὸς δίδοντας, ὡσπερ τὸς τυχόντας,
ὕλακτῶσιν.

Iloc. ad Demon.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Si quis eâ asperitate est, et immanitate naturæ,
ut congressus societatemque hominum fugiat atque
oderit, (qualem fuisse Athenis Timonem nescio
quem accepimus,) tamen is pati non possit ut non
anquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbi-
tatis suæ.

Cic. de Amicit.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Hominem malignum forsan esse tu credas;
Ego esse miserum credo, cui placeat nemo.

Mart. Epig. l. V. ep. 29.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quemadmodum Attalus noster dicere solebat,
malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit.

Sen. Epist. 81.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Deme supercilio nubem. Plerumque modestus
Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.

Hor. Epist. l. I. ep. 18, 94, 5.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ante omnia, futurus orator, cui in maximâ ce-
lebritate et in mediâ reipublicæ luce vivendum est,

assueſcat jam a tenero non reformidare homines, neque illâ ſolitariâ et velut umbratili vitâ pallescere. Excitanda mens et attollenda ſemper eſt, quæ in hujusmodi ſecretis aut languescit et quendam velut in opaco ſitum ducit, aut contrâ tumescit inani perſuaſione. Neceſſe eſt enim ſibi nimium tribuat qui ſe nemini comparat. Deinde, cùm proferenda ſunt ſtudia, caligat in ſole, et omnia nova offendit; ut qui ſolus didicerit quod inter multos faciendum eſt.

————— Senſum ipſum, qui communis dicitur, ubi diſcet, cùm ſe a congreſſu, qui non hominibus ſolùm, ſed mutis quoque animalibus, naturalis eſt, ſegregârit?

Quint. Inſt. l. I. c. 2.

oooooooooooooooo

Ὡς περ γὰρ τὸ σῶμα, τὰς κατὰ φύσιν κινήσεις ἐπίτεινον, γυμνάζεται δι' αὐτῶν, καὶ ἐξῶμενέστερον ἐπιδείκνυται· ἔτι καὶ ἡ ψυχὴ, διὰ τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργείων, εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἔξω τὴν ἑαυτῆς ἕσιν καθίστησι. Simplic. proœm.

oooooooooooooooo

————— Verum igitur illud eſt: ——— Si quis cœlum aſcendiſſet, naturamque mundi et pulchritudinem ſiderum perſpexiſſet, inſtuavem illam admirationem ei fore, quæ jucundiſſima fuiſſet, niſi aliquem, cui narraret, habuiſſet. Cic. de Am.

oooooooooooooooo

Nulla res magis animis honeſta induit, dubioſque et in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quàm bonorum virorum converſatio. Paullatim enim deſcendit in pectora; et vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, adſpici frequenter. Occuſus mehercule

mehercule ipse sapientium juvat; et est aliquid quod ex magno viro vel tacente proficias. Sen. Epist. 94.

oooooooooooooooo

Sit procul omne nefas. Ut ameris, amabilis esto.

Quod tibi non facies, solave forma, dabit.

Ov. Ars Am. l. II.

oooooooooooooooo

Βία μὲν ἔτ' ἂν ἔλοις ἔτε κατάσχοις φίλον· εὐεργεσία δὲ καὶ ἡδονῆ τὸ θερίον τῆτο ἀλώσιμόν τε καὶ παραμόνιμόν ἐστι.

Xenoph. Mem. Soc. l. III. c. 11.

oooooooooooooooo

Ut præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem.

Hoc non fit verbis, Marce: ut ameris, ama.

Mart. l. VI. epig. 11.

oooooooooooooooo

Cùm judicaveris, diligere oportet; non, cùm dilexeris, judicare. Sed, cùm multis in rebus negligentiam plectimur, tum maximè in amicis et diligendis et colendis. Præposteris enim utimur consiliis, et acta agimus.

Cic. de Amic.

oooooooooooooooo

——— Judicari possit, plus in amicitiam valere similitudinem morum quam affinitatem.

Cor. Nep. in Attic.

oooooooooooooooo

——— Disparis enim mores disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat amicitias.

Cic. de Amic.

oooooooooooooooo

Certa fides animis, idem quibus incidit hostis.

Val. Flac. V. 744.

oooooooooooooooo

Quæ scelere pacta est, scelere rumpetur, fides.

Sen. Med. act. I. 55.

Nullis meritis perfidia mitigari potest.

Q. Curt. l. VII. c. 5.

Pessimus quisque, diffidentiâ præsentium, mutationem pavens, adversus publicum odium privatam gratiam præparat. Unde nulla innocentiae cura, sed vitæ impunitatis.

Tacit. Hist. l. I.

Si vitare velis acerba quædam,

Et tristes animi cavere morsus,

Nulli te facias nimis sodalem :

Gaudebis minùs, et minùs dolebis.

Mart. l. XII. epig. 84.

Φιλία χρόνῳ αὐξεται· κολακεία χρόνῳ ἐλέγχεται.

Max. Tyr. Diff. IV.

Nescio quomodo verum est quod in Andria familiaris meus Terentius dicit : “ Obsequium amicos, veritas odium, parit.” Molesta veritas est ; siquidem ex eâ nascitur odium, quod est venenum amicitiae : sed obsequium multo molestius, quod, peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri finit.

Cic. de Amic.

Quum verè objurgas, sic inimicè juvas.

Quum falsò laudas, sic et amicè nocēs.

Thales, ap. Aufon.

— Adulatio,

— Adulatio, perpetuum malum regum; quorum opes sæpiùs assentatio quàm hostis evertit.

Q. Curt. l. VIII. c. 5.

— Cujus autem aures clausæ veritati sunt, ut ab amico vera audire nequeant, hujus salus desperanda est. Scitum enim est illud Catonis: Multò meliùs de quibusdam acerbos inimicos mereri quàm eos amicos qui dulces videantur: illos verum sæpe dicere; hos nunquam. Cic. de Amic.

— Si tantula pars oculi media illa peresa 'st, Incolumis quamvis alioqui splendidus orbis, Occidit extemplo lumen, tenebræque sequuntur.

Lucret. III. 414-416.

Laus falsa, et precibus expressa, perindè cohibeatur quàm malitia, quàm crudelitas. Plura sæpe peccantur dum demeremur quàm cum offendimus. Quædam imò virtutes odio sunt; severitas obstinata, invictus adversum gratiam animus.

Tac. Annal. l. XV.

Νόσος σώματος ἀνιαρόν τῷ ἔχοντι νόσος ψυχῆς ἀνιαρόν
καὶ τῷ πλησίῳ. Max. Tyr. Diff. XLI.

Nemo errat unī sibi; sed dementiam spargit in proximos, accipitque vicissim. Sen. Epist. 94.

Cùm amicitia vis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus; quī fieri poterit, si nec in uno quidem.

quidem unus animus erit idem semper, sed varius,
commutabilis, multiplex? Cic. de Amic.

oooooooooooo

Magnam rem puta, unum hominem agere. Præ-
ter sapientem autem nemo unum agit: cæteri mul-
tiformes sumus. Sen. Epist. 120.

oooooooooooo

———— Μόνοις ἔ γίνεται
Θεοῖς τὸ γῆρας, ἔδὲ κατθανεῖν ποτέ·
Τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατῆς χρόνος.
Φθίνει μὲν ἰσχύς γῆς, φθίνει δὲ σώματος·
Θησκει δὲ πίσις, βλασάνει δ' ἀπιστία.
Καὶ πνεῦμα τ' αὐτὸν ἔποτ' ἔτ' ἐν ἀνδράσι
Φίλοις βέβηκεν, ἔτε πρὸς πόλει πόλει·
Τοῖς μὲν γὰρ ἠδὲ, τοῖς δ' ἐν ὑτέρῳ χρόνῳ,
Τὰ τερπνὰ πικρὰ γίνεται, καὶ θυδὶς φίλα.

Soph. Oedip. Colon. 599-607.

oooooooooooo

Non potest cuiquam semper idem placere, nisi
rectum. Sen. Epist. 20.

oooooooooooo

Defensor culpæ dicet mihi, Fecimus et nos
Hæc juvenes. Esto: desisti, nempe, nec ultra
Fovisti errorem. Breve sit quod turpiter audes.
Juv. Sat. VIII. 163-165.

oooooooooooo

———— Suus cuique attributus est error:
Sed non videmus manticæ quod in tergo est.
Catull. carm. 22.

oooooooooooo

Bene præcipiunt qui vetant quidquam agere quod
dubites æquum sit an iniquum: æquitas enim lucet
ipsa

ipsa per se ; dubitatio autem cogitationem significat
injuriæ. Cic. de Off. l. I.

oooooooooooooooo

Sunt delicta tamen quibus ignovisse velimus.
Nam neque chorda sonum reddit quem vult manus
et mens ;

Poscentique gravem persæpe remittit acutum ;
Nec semper feriet quodcunque minabitur arcus.

Hor. Ars Poet. 347-350.

oooooooooooooooo

— Καλὸν δὲ εἶναι τῶν ἀμαρτημάτων μηδὲ εἶδεναι δοκεῖν,
ἀλλὰ τὸ τῆ γήρως ἀμβλυῶτιον καὶ δύσκιφον ἐπὶ τὰ γιγτό-
μενα μεταφέρειν, ὡς εἶναι τῶν πραττομένων ὀρῶντας μὴ ὀρᾶν,
καὶ μὴ ἀκίβειν ἀκρόντας. Plut. de lib. ed.

oooooooooooooooo

Nihil alienæ luxuriæ ignoscit qui nihil suæ nega-
vit ; et homicidæ tyrannus irascitur, et punit furta
sacrilegus. Magna pars hominum est quæ non pec-
catis irascitur, sed peccantibus.

Sen. de Ira, l. II. c. 28.

oooooooooooooooo

————— Dii vos tram fidem !
Itan' comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena ut melius videant et dijudicent
Quàm sua ! ————— Ter. Heaut. act. III. sc. 1.

oooooooooooooooo

Non valet tantum animus ut se ipse videat : at,
ut oculus, sic animus, se non videns, alia cernit.

Cic. Disp. Tusc. I. 28.

oooooooooooooooo

Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Jupiter, exiguo tempore inermis erit.

Nunc,

Nunc, ubi detonuit, strepituque exterruit orbem,
Purum discussis aëra reddit aquis.

Jure igitur genitorque deum, rectorque, vocatur:
Jure capax mundus nil Jove majus habet.

Ov. Trist. II. 33-38.

oooooooooooooooo

————— Ἠγεῖτο * γὰρ ἀνθρώπων μὲν εἶναι τὸ ἀμαρτάνειν·
θεῶ δὲ, ἢ ἀνδρὸς ἰσοθέων, τὰ πταισθέντα ἐπανορθῶν.

* Luciani Demonax.

oooooooooooooooo

Natura mortalium hoc quoque nomine prava et sinistra dici potest, quod in suo quisque negotio hebetior est quam in alieno. Turbida sunt consilia eorum qui sibi suadent. Aliis obstat metus; aliis cupiditas; nonnunquam naturalis eorum quæ cogitaveris amor.

Q. Curt. I. VII. c. 4.

oooooooooooooooo

Πραέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι·
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἀμαρτάδος ἕνεκα μικρῆς,
* Ὅφρα δύνῃ· δύναιμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.

Pythag. Aur. Carm. 6-8.

oooooooooooooooo

Moneo te, (quod pertinere ad beatè vivendum arbitror,) ut cum viris bonis, jucundis, amantibus tui, vivas. Nihil aptius vitæ; nihil ad beatè vivendum accommodatius. Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque victûs, remissionemque animorum; quæ maximè sermone efficitur familiari, qui est in conviviis dulcissimus: ut sapientiùs nostri quam Græci, illi συμπόσια aut σύνδειπνα, (id est computationes aut concœnationes,) nos con-
vivia,

viviva, quòd tum maximè simul vivitur, [dicamus].
Cic. Epist. l. IX. ep. 24.

●●●●●●●●●●●●●●●●

Ὁ βίος, ὡσπερ ὄργανον, ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει ἀρμοζόμενος,
ἡδίων γίνεται. Demoph. Simil.

●●●●●●●●●●●●●●●●

—— Καὶ γὰρ τὰ τόξα καὶ τὰς λύρας ἀνίμεν, ἵνα
ἐπιτεῖναι δυνηθῶμεν. Plutarch. de lib. educat.

●●●●●●●●●●●●●●●●

Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse quicquid in luce est. Inter se ista miscenda sunt : et quiescenti agendum, et agenti quiescendum est. Cum rerum naturâ delibera : illa dicet tibi, se et diem fecisse et noctem.

Sen. Epist. 3.

●●●●●●●●●●●●●●●●

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Jucundissime Martialis, hæc sunt : —
Res non parta labore, sed relicta ;
Non ingratus ager ; focus perennis ;
Lis nunquam, toga rara, mens quieta ;
Vires ingenuæ, salubre corpus ;
Prudens simplicitas, pares amici ;
Convictus facilis, sine arte mensa ;
Nox non ebria, sed soluta curis ;
Non tristis torus, attamen pudicus ;
Somnus, qui faciat breves tenebras :
Quod sis esse velis, nihilque malis ;
Summum nec metuas diem, nec optes.

Mart. l. IX. epig. 47.

●●●●●●●●●●●●●●●●

Vetustas habet aliquid commune cum multis : amor non habet. Cic. Epist. l. XI. ep. 27.

Οἴχεται τιμὰ φίλων τατωμένῳ
Φωτί· παῦροι δ' ἐν πόνῳ πισοὶ βροτῶν.

Pind. Nem. 10.

Rara quidem virtus, quam non fortuna gubernet ;
Quæ maneat stabili, cùm fugit illa, pede.

Ov. Trist. l. V. el. ult. 29, 30.

— Πολλοὶ μὲν γὰρ ἀτυχῆσιν τοῖς φίλοις συνάχθονται,
καλῶς δὲ πράττεσιν φθονῆσιν. Iloc. ad Demon.

Invidus alterius macrescit rebus opimis.

Invidiâ Siculi non invenere tyranni

Majus tormentum. — Hor. Epist. l. I. ep. 2, 57-9.

Nostra nos sine comparatione delectent. Nunquam erit felix, quem torquet felicior.

Sen. de Irâ, l. III. c. 30.

— Ne invideris ; nam qui invidet minor est.

Plin. Epist. l. VI. ep. 17.

Nunquam eminentia invidiâ carent.

Vel. Paterc. l. II.

Qui invident egent : illi, quibus invidetur, rem habent.

Plaut. Truc. act. IV. sc. 2.

Nulla

oooooooooooooooo

Nulla ingenia tam prona ad invidiam sunt, quàm eorum qui genus ac fortunam suam animis non æquant ; quia virtutem et bonum alienum oderunt.

Liv. l. XXXV. c. 43.

oooooooooooooooo

Magnanima invidiâ virtus caret. —————

Sil. Ital. XV. 387.

oooo oooooo oooooo ooooo

Interdum persona, ut exempla docent, aut invidiam auget aut levat. Vel. Paterc. l. II.

oooo oooooo oooooo ooooo

————— Ὑπεμίμησκειν, ὅτι πολλοὶ ἔτω πρὸς τινὰς ἔχουσιν, ὥστε κακῶς μὲν πράττοντας μὴ δύνασθαι περιορᾶν, ἀλλὰ βοηθεῖν ἀτυχῆσιν, εὐτυχῶν δὲ λυπεῖσθαι.

Xenoph. Mem. Soc. l. III. c. 9.

oooooooooooooooooooo

Nil opus invidiâ est. Procul absit gloria vulgi. Qui sapit, in tacito gaudeat ille finu.

Tibull. l. IV. el. 13, 7, 8.

oooooooooooooooooooo

Audita visis laudamus libentiùs ; et præsentia invidiâ, præterita veneratione, prosequimur ; et his nos obrui, illis instrui, credimus. Vel. Pat. l. II.

oooooooooooooooooooo

Pascitur in vivis livor : post fata quiescit. Tunc suus ex merito quemque tuetur honor.

Ov. Amor. l. I. el. 15.

oooo oooooo oooooo ooooo

————— Τίς γὰρ ἔκ οἷδε τῶν πάντων, ὅτι τοῖς μὲν ζῶσι πᾶσιν ὑπερὶ τις ἢ πλείων ἢ ἐλάττων φθόρος· τὸς τεθνεῶτας δὲ ἐδὲ τῶν ἐχθρῶν εἰδὲς ἔτι μισεῖ ;

Demosth. de Coronâ, §. 37.

oooo oooooo oooooo ooooo

oooooooooooooooo

— Parco nominibus viventium : veniet eorum laudi suum tempus : ad posteros enim virtus durabit ; non perveniet invidia. Quint. Inst. l. III. c. 1.

oooooooooooooooo

Credè mihi, vires aliquas natura sepulchris
Attribuit : tumulos vindicat umbra suos.
Ipfos crede deos hoc nunc tibi dicere, livor ;
Hoc tibi nunc manes dicere crede meos :
Res est sacra miser. Noli mea tangere fata.
Sacrilegæ bustis abstinuere manus.

Sen. epig. de exil.

oooooooooooooooo

Ὁ μὲν φθόνος αἰεὶ φαῦλόν ἐστὶ πάθος· ὁ δὲ ζήλος, ὅταν περὶ ἀρετῆς γένηται, ἀγαθὸς καὶ συγγενὴς τῷ ἀγαθῷ ἔρωτος.
Simplic. cap. 26.

oooooooooooooooo

Alit æmulatio ingenia ; et nunc invidia, nunc admiratio, incitationem accendit ; naturâque, quod summo studio petitum est, adscendit in summum.

Vell. Paterc. l. I.

oooooooooooooooo

— Γίνεται γὰρ ἐκ τῶν παθῶν αἱ ἀρετὰ, καὶ γενναῖα θεῖσα πάλιν συναύξεται τέτοις· ὡσπερ καὶ τὸ καλῶς ἡρμοσμένον ἐκ τῷ ὀξέος καὶ βαρέος, καὶ τὸ εὐκράτον ἐκ τῷ θερμῷ καὶ ψυχρῷ, καὶ τὸ ἰσόρροπον ἐκ τῷ βαρέος καὶ κέφω. Οὐκ ἀφελεῖν ὦν δεῖ τὰ πάθη τὰς ψυχᾶς· ἔτε γὰρ ὠφέλιμον· ἀλλὰ συναρμόξασθαι ποτὶ τὸ λόγον ἔχον τῷ δέοντος καὶ τῷ μετρίω.

Theag. Pythag.

oooooooooooooooo

Nil prodest quod non lædere possit idem.

Ov. Trist. II. 266.

oooooooooooooooo

Magni

oooooooooooooooo

Magni est animi injurias despiciere. Ultionis contumeliosissimum genus est, non esse visum dignum ex quo peteretur ultio. Sen. de Irâ, l. II. c. 32.

oooooooooooooooo

In tauros Libyci ruunt leones :

Non sunt papilionibus molesti.

Mart. l. XII. epig. 62.

oooooooooooooooo

———— Οὐ γὰρ τὸ δυσυχῆσαι κατὰ πόλεμον μέγιστόν ἐστι κακόν· ἀλλ' ὅταν τὶς πρὸς ἀνταγωνιστὰς ἀναξίως ἑαυτῷ διακινδυνεύων ἀποτύχῃ, διπλασίαν εἰκὸς εἶναι τὴν συμφορὰν.

Æschin. contra Ctesiph.

oooooooooooooooo

At vindicta bonum vitâ jucundius ipsâ.

Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis Interdum, aut levibus, videas flagrantia causis :

Quantulacunque adeo est occasio, sufficit iræ.

Chrysippus non dicet idem, nec mite Thaletis

Ingenium, dulcive fenex * vicinus Hymetto,

Qui partem acceptæ fæva inter vincla cicutæ

Accusatori nollet dare. —————

Juv. Sat. XIII. 180-187.

* Socrates.

oooooooooooooooo

Vincit malos pertinax bonitas : nec quisquam tam duri infestique adversus diligenda animi est, ut etiam, vi tractus, bonos non amet.

Sen. de Benef. l. VII. c. 31.

oooooooooooooooo

Prohibenda autem maximè est ira in puniendo : nunquam enim, iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem

diocritatem illam tenebit quæ est inter nimium et parum : ——— optandumque ut ii, qui præsent reipublicæ, legum similes sint ; quæ ad puniendum, non iracundiâ, sed æquitate, ducuntur.

Cic. Off. l. I.

oooooooooooooooo

Qui fruitur poenâ ferus est, legumque videtur
Vindictam præstare sibi. Cùm viscera felle
Canduerint, ardet stimulis, ferturque nocendi
Prodigus, ignarus causæ. Diis proximus ille
Quem ratio, non ira, movet ; qui, facta rependens,
Consilio punire potest. ———

Claud. de Mall. Theod. consulat.

oooooooooooooooo

—— Νικᾶν γὰρ καλὸν τὰς ἐχθρὰς, ἐσώτας μὲν ταῖς μάχαις, πεπλωχότας δὲ ταῖς εὐποιΐαις.

Heliodor. Hist. Æthiop. l. VIII. c. 11.

oooooooooooooooo

—— Ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imponit. Val. Max. l. IV. c. 1.

oooooooooooooooo

Rurfus interrogatus, [Porus, ab Alexandro victus,] quid ipse victorem statuere debere censeret, Quod hic, inquit, dies tibi suadet ; quo expertus es quàm caduca felicitas est. Q. Curt. l. VIII. c. 14.

oooooooooooooooo

Nullus perniciosior hostis est quàm quem audacem angustia faciunt ; longèque violentiùs semper ex necessitate, quàm ex virtute, corruitur. Majora, aut certè paria, conatur animus magnus ac perditus.

Sen. Quæst. Nat. II. 59.

oooooooooooooooo

Ignaviam

Ignaviam quoque necessitas acuit; et sæpe desperatio spei causa est.

Q. Curt. l. V. c. 4.

Una salus victis, nullam sperare salutem.

Virg. Æn. II. 354.

Dum furor in cursu est, currenti cede furori:

Difficiles aditus impetus omnis habet.

Ov. Rem. Am. l. I.

Συγγνώμη μετανοίας κρείσσων. Pittac. ap. D. Laert.

Nulla est victoria major

Quàm quæ confessos animo quoque subjugat hostes.

Claud. de IV. consulat. Honor.

Corpusculum hoc, custodia et vinculum animi, huc atque illuc jactatur: in hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi, exercentur. Animus quidem ipse facer et æternus est, et cui non possunt injici manus.

Sen. de conf. ad Helv. c. 11.

Certè id firmissimum longè imperium est quo obediētes gaudent.

Liv. l. VIII. c. 13.

Proclivior usus

In pejora datur, suadetque licentia luxum,

Illecebrisque effrena favet. Tum vivere castè

Asperius cùm prompta Venus: tum duriùs iræ

Consulitur cùm pœna patet. Sed comprime motus;

Nec

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat ; mentemque domet respectus honesti.

Claud. de IV. consulat. Honor.

oooooooooooooooooooo

Bonus vir est qui injuriam fecit ? noli credere.
Malus ? noli mirari. Dabit pœnas alteri, quas de-
bet tibi : et jam sibi dedit qui peccavit.

Sen. de Irâ, l. II. c. 30.

oooooooooooooooooooo

———— Οὐδὲ μνησικακός* ἐστὶ γὰρ μεγαλοψύχῃ τὸ ἀπο-
μνημονεύειν, ἄλλως τε καὶ κακά. Arist. Eth. l. IV. c. 3.

oooooooooooooooooooo

———— Minuti

Semper, et infirmi est animi, exiguique, voluptas
Ultio. Continuò sic collige, quòd vindictâ
Nemo magis gaudet quàm fœmina. Cur tamen hos tu
Evasisse putes, quos, diri conscia facti,
Mens habet attonitos, et surdo verberare cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum ?
Pœna autem vehemens, ac multò sævior illis
Quas et Cæditius * gravis invenit, et Rhadamanthus,
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.

Juv. Sat. XIII. 189-198.

* Judex crudelis Vitellii tempore.

oooooooooooooooooooo

Maxima est enim factæ injuriæ pœna, fecisse ; nec
quisquam graviùs afficitur quàm qui ad supplicium
pœnitentiæ traditur. Sen. de Irâ, l. III. c. 26.

oooooooooooooooooooo

———— Metus in vitâ pœnarum, pro malefactis,
Est insignibus insignis ; scelerisque luela

Carcer,

Carcer, et horribilis de saxo jactu' deorsum ;
 Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ :
 Quæ tamen et si absunt, at mens sibi conscia facti,
 Præmetuens, adhibet stimulos, torretque flagellis ;
 Nec videt interea qui terminus esse malorum
 Possit, nec quæ sit pœnarum denique finis.

Lucret. III. 1027-1034.

oooooooooooooooo

Innumerabiles deinceps proprietates sunt, sed
 unus effectus vitii, displicere sibi.

Sen. de tranquil. animi, c. 2.

oooooooooooooooo

Οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν εἶδέν, ἢτε ζῶντι, ἢτε τελευ-
 τήσαντι.

Plat. Apol. Soc. c. 23.

oooooooooooooooo

Exemplo quodcunque malo committitur ipsi
 Displicet auctori. Prima est hæc ultio, quòd, se
 Judice, nemo nocens absolvitur, improba quamvis
 Gratia fallacis prætoris vicerit urnam.*

Juv. Sat. XIII. 1-4.

* In quam conjiciebantur suffragia.

oooooooooooooooo

Vulgatum illud, quia verum erat, in proverbium
 venit : Amicitias immortales, inimicitias mortales,
 debere esse.

Liv. l. XL. c. 46.

oooooooooooooooo

Malitia præmiis exercetur. Ubi ea dempseris,
 nemo omnium gratuitò malus est.

Sallust. Orat. II. ad Cæs.

oooooooooooooooo

Propositum optimi viri, et ingentis animi, est,
 tam diù ferre ingratum, donec feceris gratum. Nec

te ista ratio decipiet. Succumbunt vitia virtutibus,
si illa non citò odisse properaveris.

Sen. de Benef. l. V. c. 1.

oooooooooooooooo

————— Male creditur hosti.

Simplex nobilitas, perfida tela cave.

Fraude perit virtus. In apertos undique campos

Profiliunt hostes, et latus omne tenent.

Ov. Fast. II. 225-228.

oooooooooooooooo

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο,

Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνεῖει τε καὶ ἔρπει·

Οὐ μὲν γάρ ποτέ φησι κακὸν πείσεσθαι ὀπίσσω,

*Ὄφρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ, καὶ γένατ' ὀρώρη·

*Ἄλλ', ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες τελέσωσι,

Καὶ τὰ φέρει ἀεκαζόμενος τετληότι θυμῷ.

Hom. Odyss. XVIII. 129-134.

oooooooooooooooo

Id quidem non dubium quin omnia quæ mala
putentur sint improvisa graviora. Itaque, quan-
quam non hæc una res efficit maximam ægritudi-
nem, tamen, quoniam multum potest provisio ani-
mi, et præparatio, ad minuendum dolorem, sint
semper omnia hominī humana meditata. Et nimi-
rum hæc est illa præstans et divina sapientia, et per-
ceptas penitūs et pertractatas res humanas habere;
nihil admirari, cūm acciderit; nihil, antequam e-
venerit, non evenire posse arbitrari.

Cic. Disp. Tusc. III. 14.

oooooooooooooooo

————— Facile

— Facile existimari possit, prudentiam quodammodo esse divinationem. C. Nep. in Attic.

Νηπίοισιν ἂν λόγος, ἀλλ' ἡ συμφορὰ, γίνεται διδάσκαλος.
Democrat. Sent.

— Ἄγαθοὶ γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκ ἐκ τῶν κατὰ λόγον, ἀλλ' ἐκ τῶν συμβαινόντων, ποιῆσθαι τὰς διαλήψεις.
Excerpt. ex Polyb. de virt. et vit.

Si verò solem ad rapidum, lunasque sequentes,
Ordine respicies, nunquam te crastina fallat
Hora, neque infidiis noctis capiere serenæ.

Virg. Georg. I. 424-426.

Si falluntur ii' qui nihil sine aliquâ probabili conjecturâ ac ratione dicunt, quid existimandum est de conjecturâ eorum qui extis, aut avibus, aut ostentis, aut oraculis, aut somniis, futura præsentiant?
Cic. de Divinat. II. 6.

— Communi enim fit vitio naturæ, ut invisis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiùsque exterreamur.

Cæs. Comm. Bell. Civ. I. II.

Illud ante omnia memento, demerere rebus tumultum, ac videre quid in quâque re sit: scies nihil esse in istis terribile, nisi ipsum timorem. Quod vides accidere pueris, hoc nobis quoque majusculis pueris evenit. Illi, quos amant, quibus assueverunt, cum quibus

quibus ludunt, si personatos vident, expavescunt. Non hominibus tantum, sed et rebus, persona demenda est, et reddenda facies sua. Sen. Epist. 24.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ὅς δέ κε, μαψιλόγοισι πιθήσας οἰωνοῖσι,
Μαντεῖην ἐθέλησι παρὲκ νόου ἐξερεΐνειν
Ἡμετέρην, νοέειν δὲ θεῶν πλέον αἰὲν ἔόντων,
Φῆμ', ἀλίην ὁδὸν εἶσιν. — Hom. hymn. in Merc.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Prodigia eo anno multa nunciata sunt; quæ, quo magis credebant simplices ac religiosi homines, eo plura nunciabantur. Liv. l. XXIV. c. 10.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nulla res efficacius multitudinem regit quam superstitio: alioquin impotens, sæva, mutabilis, melius vatibus quam ducibus suis paret.

Q. Curt. l. IV. c. 10.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nihil tam incertum nec tam inæstimabile est quam animi multitudinis. Liv. l. XXXI. c. 34.

○○○○○○○○○○○○○○○○

——— Ὁ μὲν δῆμος ἐστὶν ὄχλος, ἀσαθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἀπάντων, καὶ ἀσυνετώτατον, ὥσπερ ἐν θαλάττῃ πνεῦμα ἀκατάστατον, ὡς ἂν τύχοι κινούμενον, ὃ μὲν ἦλθε, ὃ δ' ἀπῆλθε.

Demosth. de Falsâ Legat. §. 17.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nullum profundum mare, nullum vastum fretum et procellosum, tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet; utique si novâ et brevi duraturâ libertate luxuriat.

Q. Curt. l. X. c. 7.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Libertate

Libertate modicè utantur. Temperatam eam salubrem et singulis et civitatibus esse : nimiam et aliis gravem, et ipsis qui habeant effrænata[m] et præcipitem esse.

Liv. l. XXXIV. c. 49.

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσὸν τε καὶ ἀργυρὸν ἴσθριες ἄνδρες
Γιγνώσκουσι· ἀνδρὸς δ' αἴνος ἔδειξε νόον,
Καὶ μάλα περ πινυτῆ. ——— Theognis, 499-502.

Iliacos intra muros peccatur, et extra.

Hor. Epist. l. I. ep. 2, 16.

Nolo minor me timeat, despiciatque major.

Chil. fent. ap. Aufon.

Hoc nos doce, beatum non eum esse quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit : sed illum cui bonum omne in animo est, erectum, excelsum, et mirabilia calcantem : qui neminem videt cum quo se commutatum velit : qui hominem eâ solùm parte æstimat quâ homo est : qui naturâ magistrâ utitur, ad illius leges componitur, sic vivit quomodo illa præscripsit : cui bona sua nulla vis excutit : qui mala in bonum vertit, certus iudicii, inconcussus, intrepidus : quem aliqua vis movet, nulla perturbat : quem Fortuna, cum in eum quod habuit telum nocentissimum vi maximâ intorsit, pungit, non vulnerat.

Sen. Epist. 45.

Tu quoque, si vis
Lumine claro

Cernere

Cernere verum,
 Tramite recto
 Carpere callem,
 Gaudia pelle,
 Pelle timorem,
 Spemque fugato,
 Nec dolor adfit.
 Nubila mens est,
 Vincitaque frænis,
 Hæc ubi regnant.

Boeth. Conf. Philos. l. I.

oooooooooooooooooooo

Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quique in se uno sua ponit omnia. Cui spes omnis, et ratio, et cogitatio pendet ex fortunâ, huic nihil potest esse certi, nihil quod exploratum habeat permanfurum sibi unum diem.

Cic. Paradox. II.

oooooooooooooooooooo

Nullâ re major invidia fortunæ fit quàm æquo animo.

Sen. de consolat. ad Marc. c. 6.

oooooooooooooooooooo

Οὐ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,

Ὅσσα κεν αὐτοῖ δῶσιν, ἐκὼν δ' ἔκ' ἄν τις ἔλοιτο.

Hom. Il. III. 65, 6.

oooooooooooooooooooo

Sed quis nunc alius, quâ mundi parte, quis audet Argento præferre caput, rebusque salutem ?

Non propter vitam faciunt patrimonia quidam ;

Sed, vitio cæci, propter patrimonia vivunt.

Juv. Sat. XII. 48-51.

oooooooooooooooooooo

— Raro

———— Rarò simul hominibus bonam fortunam
bonamque mentem dari. ——— Ex insolentiâ, qui-
bus nova bona fortuna fit, impotentes lætitiâ infa-
nire. Liv. l. XXX. c. 43.

———— Neu fastidire minores,
Neu pete præscriptos homini transcendere fines.
Inquinat egregios adjuncta superbia mores.

Claud. de IV. consulat. Honor.

Ὡς ὅλως μὲν τῷ κόσμῳ, καὶ τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν, ἐπὶ
ἀγαθῷ γίνεται πάντα· τὸ δὲ τραφῆναι κακῶς, ἢ τὴν φύσιν
ἀσθενεστέρας ἔχειν, τὰ παρὰ τῆς εἰμαρμένης ἀγαθὰ εἰς τὸ
χειρὸν μεταβάλλει· ὥσπερ τὸν ἥλιον, ἀγαθὸν ὄντα πᾶσι,
τοῖς ὀφθαλμιῶσιν ἢ πυρέσσοσι βλαβερόν εἶναι συμβαίνει.

Sallust. philos. cap. 9.

A primo mundi ortu, usque in hoc tempus, per-
duxit nos ex splendidis fordidisque alternata series.
Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus.
Nemo in nostram gloriam vixit; nec quod
ante nos fuit nostrum est. Animus facit nobilem;
cui, ex quâcunque conditione, supra fortunam licet
furgere. Sen. Epist. 44.

Divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis
est. Virtus clara æternaque habetur.

Sallust. Bell. Cat. c. 1.

Felicissimi cujusque delicatissimus sensus est; et,
nisi ad nutum cuncta suppetant, omnis adversitatis
insolens,

insolens, minimis quibusque prosternitur: adeo per-
exigua sunt quæ fortunatissimis beatitudinis summam
detrahunt.

Boeth. Conf. Phil. 1. II.

Fortes creantur fortibus et bonis :
Est in juvencis, est in equis, patrum
Virtus ; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina sed vim promovet insitam,
Rectique cultus pectora roborant.
Utcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.

Hor. 1. IV. ode 4, 29-36.

Εὐγένεια καλὸν μὲν, ἀλλὰ προγόνων ἀγαθόν.

Plut. de lib. educ.

Nam genus, et proavos, et quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco. — Ov. Met. XIII. 140, 1.

Quamvis in aliis rebus dignitatum ac nobilitatum
magna discrimina sint, virtus in medio posita est :
neminem dedignatur qui modò dignum se illâ judi-
cet,

Sen. de consolat. ad Polyb. c. 36.

Maximæ cuique fortunæ minimè credendum est.

Liv. 1. XXX. c. 30.

Aspiciat quisquis nimium sublata secundis
Colla gerit : triviis calcandus spargitur, ecce !
Qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura suos extruxit culmina manes ;

Et,

Et, qui Sidonio velari creditur ostro,
Nudus pascit aves ! Jacet, en, qui possidet orbem,
Exiguæ telluris inops ! ——— Claud. in Rufin. l. II.

oooooooooooooooo

Imperio arbitrioque Ægyptii mancipii (C. Cæ-
fare, P. Servilio, Cofs.) jugulatus est [Pompeius] :
———— in tantum, in illo viro, a se discordante
fortunâ, ut, cui modò ad victoriam terra defuerat,
deesset ad sepulturam. Vel. Paterc. l. II.

oooooooooooooooo

Maxima quæque bona sollicita sunt ; nec ulli for-
tunæ minùs benè, quàm optimæ, creditur. Aliâ
felicitate, ad tuendam felicitatem, opus est ; et, pro
ipsis quæ successerunt votis, vota facienda sunt.

Sen. de Brev. Vitæ, c. 17.

oooooooooooooooo

Χαῖρε μέγα, Κρονίδη πανυπέρτατε, δῶτορ ἑάων,
Δῶτορ ἀπημονίης. Τεὰ δ' ἔργματα τίς κεν ἀείδοι,
Οὐ γένητ', ἢ κ' ἔσαι· τίς κεν Διὸς ἔργματ' ἀείσει ;
Χαῖρε, πάτερ, χαῖρ' αὖθι· δίδε δ' ἀρετὴν τ' ἀφένος τε.
Οὐτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἀνδρας ἀέξειν,
Οὐτ' ἀρετὴ ἀφένοιο. Δίδε δ' ἀρετὴν τε καὶ ὄλβον.

Callim. hymn. in Jovem, 91-96.

oooooooooooooooo

Non impudenter vita, quod reliquum est, petit,
Cùm fama, quod fatis est, habet.

Mart. l. I. epig. 50.

oooooooooooooooo

———— Modum imponere secundis rebus, nec
nimis credere serenitati præsentis fortunæ, pruden-
tis hominis et meritò felicis. Liv. l. XLII. c. 62.

oooooooooooooooo

R

———— Ultima

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ultima semper
Expectanda dies homini ; dicitque beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera, debet.

Ov. Met. III. 135-137.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ὅρῳ γὰρ ἡμᾶς εἶδεν ὄντας ἄλλο πλὴν
Εἶδωλ', ὅσοι περὶ ζῶμεν, ἢ κέφην σκιάν.

Soph. Ajax Flag. 125, 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quanti est æstimanda virtus ! quæ nec eripi nec
furripi potest unquam, neque naufragio neque in-
cendio amittitur, nec tempestatum nec temporum
permutatione mutatur : quâ qui præditi sunt soli
sunt divites ; soli enim possident res et fructuosas et
sempiternas ; soli que (quod est proprium divitia-
rum) contenti sunt rebus suis. Cic. Parad. VI.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Πόλεμος γὰρ εἰ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν.

Stilpon, ap. Plut. de lib. ed.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Duo quæ pulcherrima sunt, quocunque nos mo-
verimus, sequentur ; natura communis, et propria
virtus. — Quidquid optimum homini est, id extra
humanam potentiam jacet, nec dari nec eripi po-
test ; mundus hic, quo nihil neque majus neque or-
natius rerum natura genuit ; animus, contemplator
admiratorque mundi, pars ejus magnificentissima,
propria nobis et perpetua, tamdiu nobiscum man-
sura quamdiu ipsi manebimus.

Sen. de consolat. ad Helv. c. 8.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Divesne



Divesne p̄risco natus ab Inacho,
 Nil interest, an pauper, et infimā
 De gente, sub dio moreris,
 Victimā nil miserantis Orci.

Omnes eòdem cogimur : omnium
 Versatur urnā, feriùs ocyùs,
 Sors exitura, et nos in æternum
 Exilium impositura cymbæ.

Hor. l. II. ode 3, 21-28.



ὦ μάταιοι τῆς ἀνοίας, ἐκ εἰδότες ἡλίκοις ὄροις διακέκρίσθαι
 τὰ νεκρῶν καὶ τὰ ζώντων πρᾶγματα, καὶ οἶα τὰ παρ' ἡμῶν
 εἶσι, καὶ ὅτι

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀτυμβος ἀνὴρ, ὅς τ' ἔλλαχε τύμβου·
 Ἐν δ' ἱῆ τιμῇ Ἴρος, κρείων τ' Ἀγαμέμνων·
 Θεσίτῃ δ' Ἴσος Θετίδος παῖς ἠυκόμοιο·
 Πάντες δ' εἰσὶν ὁμῶς νεκρῶν ἐμνηνᾶ κάξηνα,
 Γυμνοί τε, ξηροί τε, κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

Luciani Contempl.



Non cani, non rugæ, repenti auctoritatem afferre
 possunt ; sed honestè acta superior ætas fructus capit
 auctoritatis extremos. Cic. de Senect.



Tota licet veteres exornent undique ceræ
 Atria, nobilitas sola est, atque unica, virtus.

Juv. Sat. VIII. 19, 20.



Multo deformius amittere quàm non assequi lau-
 dem. Plin. l. VIII. epist. ult.



oooooooooooo

Si quid aliud est in philosophiâ boni, hoc est, quòd stemma non inspicit. Omnes, si ad primam originem revocentur, a diis sunt. Sen. Epist. 44.

oooooooooooo

Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum :
Cuncta ferit, dum cuncta timet : desævit in omnes,
Ut se posse putent. Nec bellua tetrrior ulla
Quàm servi rabies in libera terga furentis.

Claud. in Eutrop. l. I.

oooooooooooo

Non benè, crede mihi, servo servitur amico.

Sit liber, dominus qui volet esse meus.

Mart. l. II. epig. 32.

oooooooooooo

Ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν
Ψυχὴν τε καὶ φρόνημα, καὶ γνώμην, πρὶν ἂν
Ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντρεβῆς φανῆ.

Soph. Antig. 180-182.

oooooooooooo

Agricola, naturali prudentiâ, quamvis inter togatos, facile justeque agebat. Jam verò tempora curarum remissionumque divisa : ubi conventus ac judicia poscerent, gravis, intentus, severus, et sæpiùs misericors ; ubi officio satisfactum, nulla ultra potestatis persona. Tristitiam, et arrogantiam, et avaritiam, exuerat : nec illi (quod est rarissimum) aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem, diminuit. Integritatem atque abstinentiam, in tanto viro, referre, injuria virtutum fuerit. Ne famam quidem, cui etiam sæpe boni indulgent, ostentandâ

virtute,

virtute, aut per artem, quæsit. Procul ab æmulatione adversus collegas, procul a contentione adversus procuratores, et vincere inglorium, et atteri fordidum, arbitrabatur. Tacit. Vita Agric.

oooooooooooooooo

Ἄθανάτα μὲν φρονεῖ τῷ μεγαλόψυχος εἶναι, θνητὰ δὲ τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν. Iſoc. ad Demon.

oooooooooooooooo

————— Qui genus jactat suum
Aliena laudat. ——— Sen. Herc. Fur. 339, 340.

oooooooooooooooo

Malo pater tibi sit Therſites, dummodo tu sis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas,
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

Juv. Sat. VIII. 269-271.

oooooooooooooooo

————— Eſſe quàm videri malebat [Cato]: ita,
quo minùs gloriam petebat, eo magis illum adſe-
quebatur. Salluſt. Bell. Cat. c. 57.

oooooooooooooooo

Eſt enim gloria ſolida quædam res, et expreſſa,
non adumbrata: ea eſt conſentiens laus bonorum;
incorrupta vox benè judicantium de eccellente vir-
tute: ea virtuti reſonat [reſpondet] tanquam imago;
quæ, quia rectè factorum plerumque comes eſt, non
eſt bonis viris repudianda. Illa autem, quæ ſe ejus
imitatricem eſſe vult, temeraria atque inconfiderata,
et plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix,
fama popularis, ſimulatione honeſtatis formam ejus
pulchritudinemque corrumpit.

Cic. Diſp. Tuſc. III. 2.

oooooooooooooooo

————— Vivit

oooooooooooo

————— Vivit post prælia Magnus ;
Sed fortuna perit. Quod defles, illud amâsti.

Lucan. VIII. 84, 5.

oooooooooooo

———— Κατὰ δὲ τὸν Αἰγύπτου ἀπόπλην ἀποδνήσκων, ἐνετεί-
λατο τοῖς περὶ αὐτὸν μήτε πλασὰν μήτε μιμηλὰν τῆ σώμα-
τος εἰκόνα ποιῆσασθαι. Εἰ γάρ τι καλὸν ἔργον πεποίηκα,
τῆτό μ'ε μνημεῖον ἔσαι· εἰ δὲ μὴ, ἔδ' οἱ πάντες ἀνδριάντες,
βαναύσων ἔδενὸς ἀξίων ἔργα ὄντες.

Agefil. ap. Plut. Apophth.

oooooooooooo

Id filiaë quoque uxoriq̄ue præceperim, sic patris,
sic mariti, memoriã venerari, ut omnia facta dic-
taque ejus secum revolvant, famamque ac figuram
animi, magis quàm corporis, complectantur. Non
quia intercedendum putem imaginibus quæ mar-
more aut ære finguntur : sed, ut vultus hominum,
ita simulachra vultûs imbecilla ac mortalia sunt ;
forma mentis æterna. Tacit. Agric.

oooooooooooo

Exclamare libet populus quod clamat Osiri
Invento. Quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, et præclaro nomine tantùm
Insignis ? Nanum cujusdam Atlanta vocamus ;
Æthiopem, Cycnum ; pravam extortamque puellam,
Europen : canibus pigris, scabieque vetustâ
Lævibus, et siccæ lambentibus ora lucernæ,
Nomen erit Pardus, Tigris, Leo ; si quid adhuc est
Quod fremat in terris violentiùs. —————

Juv. Sat. VIII. 29-37.

oooooooooooo

Is, qui verè appellari potest honos, non invitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium.

Cic. Epist. l. X. ep. 10.

———— Τέλος δὲ εἶναι, ἐφ' ὃ πάντα ἀναφέρεται, ζωὴν κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τελείαν, ἢ ἄνευ τῶν τῆ σώματος κατὰ φύσιν καὶ τῶν ἐκτός.

Sect. eccleſt. Sent. ap. D. Laert. proœm.

Eadem omnibus principia, eademque origo. Nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, et artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt, et nomina familiæ suæ, longo ordine, et multis stemmatum illigata flexuris, in parte primâ ædium collocant, noti magis quàm nobiles sunt. Unus omnium parens mundus est: sive per splendidos sive per sordidos gradus, ad hunc prima cujusque origo perducitur. Sen. de Benef. l. III. c. 28.

Omne hominum genus in terris

Simili surgit ab ortu:

Unus enim rerum pater est;

Unus cuncta ministrat.

Ille dedit Phœbo radios;

Dedit et cornua lunæ:

Ille homines etiam terris

Dedit, et sidera cœlo.

Hic clausit membris animos

Celsâ sede petitos;

Mortales

Mortales igitur cunctos
 Edit, nobile germen!
 Quid genus et proavos strepitis?
 Si primordia vestra,
 Auctoremque Deum, spectes,
 Nullus degener extat,
 Ni, vitiis pejora fovens,
 Proprium deserat ortum.

Boeth. Cons. Phil. 1. III.

oooooooooooooooo

Facere rectè cives suos princeps optimus faciendo
 docet; cùmque sit imperio maximus, exemplo ma-
 jor est. V. Paterc. in laud. Tiberii! 1. II.

oooooooooooooooo

Inter causas malorum nostrorum est, quòd vivi-
 mus ad exempla, nec ratione componimur, sed con-
 fuetudine abducimur. Quod, si pauci facerent,
 nollemus imitari; cùm plures facere ceperunt, quasi
 honestius sit quia frequentius, sequimur; et recti
 apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est.

Sen. Epist. 123.

oooooooooooooooo

— — Καὶ ἀπλῶς, ἤτε θάνατος, ἤτε φυγὴ, ἤτε πόνος,
 ἤτε ἄλλο τι τῶν τριῶτων, αἰτιῶν ἐστὶ τῆ πρᾶττειν τι ἢ μὴ
 πρᾶττειν ἡμᾶς, ἀλλ' ὑπολήψεις καὶ δόγματα.

Arrian. 1. I. c. 11.

oooooooooooooooo

Hoc te præterea crebro sermone monebo,
 Ut te totius medio telluris in ore
 Vivere cognoscas; cunctis tua gentibus esse
 Facta palam; nec posse dari regalibus usquam

Secretum

Secretum vitiis. Nam lux altissima fati
Occultum nihil esse finit; latebrasque per omnes
Intrat, et abstrusos explorat Fama recessus.

Claud. de IV. consulat. Honor.

oooooooooooooooo

Socordiam eorum irridere libet, qui præsentī po-
tentiâ credunt extingui posse etiam sequentis ævi
memoriam. Nam, contrâ, punitis ingeniis gliscit
auctoritas; neque aliud externi reges, aut qui eâ-
dem sævitiâ usi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis
gloriam, peperere. Tacit. Annal. I. IV.

oooooooooooooooo

Scilicet in vulgus manant exempla regentum;
Utque ducum lituos, sic mores, castra sequuntur.

Claud. de laud. Stilic. I. I.

oooooooooooooooo

—— Φιλεῖ γάρ πως αἰεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλω τῆς τῆ ἀε-
χοντος γνώμης βιῆν. Herodian. I. I.

oooooooooooooooo

—— Magni autem est ingenii sevocare mentem
a sensibus, et cogitationem ab consuetudine abdu-
cere. Cic. Disp. Tusc. I. 16.

oooooooooooooooo

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Juv. Sat. VIII. 140, 1.

oooooooooooooooo

Ita, in maximâ fortunâ, minima licentia est: ne-
que studere, neque odisse, sed minumè irasci, de-
cet. C. Cæsar. orat. ap. Sall. B. Cat. c. 50.

oooooooooooooooo

In commune jubes si quid, censeve, tenendum,
Primus jussa subi: tunc observantior æqui

Fit populus, nec ferre negat, cūm viderit ipsum
Auctorem parere sibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum; nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, ut vita regentis.

Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Claud. de IV. consulat. Honor.

oooooooooooooooo

Mundus quoque cuncta complectens, rectorque
universi Deus, in exteriora quidem tendit, sed ta-
men in totum undique in se redit. Idem nostra
mens faciat: cūm, secuta sensus suos, per illos se
ad externa porrexerit, et illorum et sui potens sit,
et (ut ita dicam) devinciat summum bonum.

Sen. de vitâ beatâ, c. 8.

oooooooooooooooo

Ὁ δὲ νόσος, ἐπὶ ἀκρας τὰς κορυφαῖς τῷ σώματος ἰδρυμένος,
καὶ ἔχων περιαιγέα καὶ διαυγέα τὰν ἔποψιν, μασεύεται τὰν
τῶν ἰόντων φρόνασιν· καὶ τῆτ' ἔργον ἐντὶ αὐτῷ κατὰ φύσιν,
τὸ μασευσάμενον καὶ κτησάμενον ἀκολεθῆσαι τοῖς βελτίοσιν
αὐτῷ καὶ τιμιωτάτοις.

Theag. Pythag.

oooooooooooooooo

Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator,
Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.
Virtus est vitium fugere; et sapientia prima
Stultitiâ caruisse. — Hor. Epist. l. I. ep. 1, 38-42.

oooooooooooooooo

Eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum
aliud animal [præter hominem] pulchritudinem,
venustatem, convenientiam partium, sentit. Quam
similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum
transferens,

transferens, multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem, in consiliis factisque conservandum putat, cavetque ne quid indecorè effæminatève faciat; tum in omnibus et opinionibus et factis ne quid libidinosè aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et efficitur id, quod quærimus, honestum; quod, etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum est; quodque verè dicemus, etiam si a nullo laudetur, laudabile esse naturâ. Formam quidem ipsam, Marce fili, et tanquam faciem honesti vides; quæ, si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato, excitaret sapientiæ.

Cic. de Offic. l. I.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρῶτα θεοὶ προπάροιδεν Ἐθνηκων
 Ἄθανάτοισι μακρὸς δὲ καὶ ὄρεθιος οἶμος ἐπ' αὐτῆν,
 Καὶ τρηχὺς τοπεῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
 Ῥηϊδίη δ' ἠπειτα πέλει, χαλεπή περ ἔῤῥα.

Hesiod. Op. et D. l. I. 287-290.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum fermè sine impensâ operâ est. Labor voluptasque, dissimillima naturâ, societate quâdam inter se naturali sunt juncta. Liv. l. V. c. 4.

●○○○●○○○●○○○●○○○

————— Labor omnia vincit
 Improbus, et duris urgens in rebus egestas.

Virg. Georg. I. 145, 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

————— Probitas laudatur et alget.

Juv. Sat. I. 74.

●○○○●○○○●○○○●○○○

Neminem reperies qui non nequitiae præmiis sine nequitia frui malit. Maximum hoc habemus naturæ meritum, quod virtus in omnium animos lumen suum permittit: etiam, qui non sequuntur illam, vident. Sen. de Benef. l. IV. c. 17.

Ut enim pulchritudo corporis, aptâ compositione membrorum, movet oculos ——— sic hoc decorum, quod elucet in vitâ, movet approbationem.

Cic. de Offic. l. I.

Ubi malos præmia sequuntur, haud facilè quisquam gratuitò bonus est. Sall. fragm.

———— Τό σύνολον ἐκείνθ μὲμνησθαι, ὅτι, εἰ μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ἢ τὸ εὐσεβὲς καὶ συμφέρον, εἰ δύναται σωθῆναι τὸ εὐσεβὲς ἐν τινί. Arrian. l. I. c. 27.

————— Mortalibus, ex quo
 Tellus cœpta coli, nunquam sincera bonorum
 Sors ulli concessa viro. Quem vultus honestat,
 Dedecorant mores: animus quem pulchrior ornat,
 Corpus destituit. Bellis insignior ille;
 Sed pacem foedat vitiis: hic publica felix,
 Sed privata minùs. Partitim singula quemque
 Nobilitant; hunc forma decens, hunc robur in armis,
 Hunc rigor, hunc pietas, illum follertia juris,
 Hunc soboles castique tori. ———

Claud. de laud. Stilic. l. I.

———— Sin,

—— Sin, captus [animus] pravis cupidinibus, ad inertiam et voluptates corporis pessundatus est, perniciosâ libidine paullisper usus, ubi per focordiam vires, tempus, ingenium, defluxere, naturæ infirmitas accusatur: suam quisque culpam actores ad negotia transferunt. Quòd si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena, ac nihil profutura, multùmque etiam periculosa, petunt, neque regerentur magis quàm regerent casus; et eò magnitudinis procederent, ubi, pro mortalibus, gloriâ æterni fierent. Sall. B. Jug. c. 1.

○○○○○○○○○○○○○○○○

᾽Ω πόποι, οἷον δὴ νῦ θεὸς βροτοὶ αἰτιόωνται!
᾽Εξ ἡμέων γάρ φασι κακ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μέρος ἄλγε' ἔχουσιν.

Hom. Odyss. I. 32-34.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Hic est magnus animus qui se Deo tradidit: at, contrà, ille pusillus ac degener, qui obluçtatur, et de ordine mundi malè existimat, et emendare mavult deos quàm se. Sen. Epist. 107.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Si non ipso honesto movemur ut viri boni simus, sed utilitate aliquâ, aut fructu, callidi sumus, non boni. Nam quid faciet, in tenebris, qui nihil timet nisi testem vel judicem? Cic. de Leg. 1. I.

○○○○○○○○○○○○○○○○

—— Sed luna videt; sed sidera testes
Intendunt oculos. —— Juv. Sat. VIII. 149-150.

○○○○○○○○○○○○○○○○

—— Annales veterum delicta loquentur:
Hærebunt maculæ. Quis non per secula damnet
Cæsares

Cæsareæ portenta domûs ? Quem dira Neronis
 Funera ? quem rupes Caprearum tetra latebit,
 Incesto possessa seni ? Victura feretur
 Gloria Trajani : non tam quòd, Tigride victo,
 Nostra, triumphati fuerint, provincia, Parthi ;
 Alta quòd inuestus fractis Capitolia Dacis ;
 Quàm patriæ quòd mitis erat. —————

Claud. de IV. consulat. Honor.

oooooooooooooooo

————— Animadverto enim etiam deos ipsos non
 tam accuratis adorantium precibus, quàm innocen-
 tiâ et sanctitate, lætari ; gratioresque existimari
 qui delubris eorum puram castamque mentem, quàm
 qui meditatam carmen, intulerit. Plin. Paneg.

oooooooooooooooo

————— Ἦγᾶ δὲ τῆτο εἶναι θῦμα κάλλιστον, καὶ θεραπείαν
 μεγίστην, ἐὰν ὡς βελτίστον καὶ δικαιοτάτον σεαυτὸν παρέχῃς.
 Isoc. ad Nicoc.

oooooooooooooooo

Quin damus id superis, de magnâ quod dare lance
 Non possit magni Messallæ lippa propago ;
 Compositum jus, fasque animi, sanctosque recessus
 Mentis, et incoctum generoso pectus honesto ?
 Hæc cedo ut admoveam templis, et farre litabo.
 Perf. Sat. II. 71-75.

oooooooooooooooo

————— Non est ergo beneficium ipsum quod nume-
 ratur aut traditur : sicut nec in victimis quidem,
 licet optimæ sint auroque præfulgeant, deorum
 est honos ; sed piâ ac rectâ voluntate venerantium.
 Itaque boni etiam farre ac fritillâ religiosi sunt :
 mali

mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo cruentaverint.

Sen. de Benef. l. I. c. 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nec pietas ulla 'st velatum sæpe videri
Vertier ad lapidem, atque omneis accedere ad aras;
Nec procumbere humi prostratum, et pandere palmas
Ante deûm delubra; nec aras sanguine multo
Spargere quadrupedum; nec votis neçtere vota:
Sed mage pacatâ posse omnia mente tueri.

Lucret. V. 1197-1202.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nec verò, (id enim diligenter intelligi volo,) superstitione tollendâ, religio tollitur. Nam et majorum instituta tueri, sacris cæremoniisq; retinendis, sapientis est; et esse præstantem aliquam æternamque naturam, et eam suspiciendam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum cœlestium, cogit confiteri. Quamobrem, ut religio propaganda etiam est quæ est juncta cum cognitione naturæ, sic superstitionis stirpes omnes ejiciendæ.

Cic. de Divinat. II. 72.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Hor. l. I. Sat. 1, 24.

○○○○○○○○○○○○○○○○

—— Φύσει γὰρ τοιῦτον ἐστὶν ὁ πολὺς λεῶς, χαίρεισι τοῖς ἀποσκώπτεισι καὶ λοιδορεμένοις, καὶ μάλιστ' ὅταν τὰ σεμνότεα εἶναι δοκῶντα διασύρηται. Luciani Piscat.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Tentat enim dubiam mentem rationis egestas.

Lucret. V. 1210.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Hæremus

○○○○○○○○○○○○○○○○

Hæremus cuncti Superis ; temploque tacente,
 Nil facimus non sponte Dei : nec vocibus ullis
 Numen eget : dixitque semel nascentibus auctor
 Quicquid scire licet ; steriles nec legit arenas,
 Ut caneret paucis, merfitve hoc pulvere verum. —
 Estne Dei sedes, nisi terra, et pontus, et aër,
 Et cœlum, et virtus ? Superos quid quærimus ultra ?
 Juppiter est quodcunque vides, quôcunque moveris.

Lucan. IX. 573-580.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Οὐδὲν αὐτοῖς πρῆργον ἦν δύναι τε, καὶ δῶρα τελεῖν μάτην,
 θεοῖς ἀπηχθημένους· ἔ γάρ οἶμαι τοιῦτόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν,
 ὥστε ὑπὸ δῶρων παράγεσθαι, οἷον κακὸν τοκιστήν. — Καὶ
 γὰρ ἂν δεινὸν εἶη εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέ-
 πουσιν ἡμῶν οἱ θεοὶ, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχὴν, ἂν τις ὅσιος
 καὶ δίκαιος ᾖν τυγχάνη. Plat. Alcib. c. 10.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quid ? si quis vultu torvo ferus, et pede nudo,
 Exiguæque togæ simulet textore Catonem ;
 Virtutemne repræsentet moresque Catonis ?

Hor. Epist. l. I. ep. 19, 12-14.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ne quis etiam errore labatur vestrum quoque,
 non sum securus. Nihil enim in speciem fallacius
 est quàm prava religio. Ubi deorum numen præ-
 tenditur sceleribus, subit animum timor, ne, frau-
 dibus humanis vindicandis, divini juris aliquid im-
 mistum violemus.

Consul. de Bacchant. declam. ap. Liv.
 lib. XXXIX. cap. 16.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Superstitio

oooooooooooooooo

Superstitio error infanus est : amandos timet ;
quos colit violat. Quid enim interest utrum deos
neges an infames ? Sen. Epist. 123.

oooooooooooooooo

Περὶ γὰρ εὐχὰς, καὶ προσκυνήσεις, καὶ ὕμνους, καὶ τελε-
τάς, καὶ ἀπαρχὰς, καὶ πάντα τὰ τοιάδε, ἔτε καταφρονη-
τικῶς ὁ ὅσιος ἔξει, ἀνωφελῆ περὶ τὰ τοιαῦτα ἑαυτῷ ἄγων,
ἔθ' ἔτω προσοίσει ὡς δεομένῳ τινὸς τέτων τῷ θεῷ, ἢ κινήσο-
μένῳ δι' αὐτῶν (ἀκίνητον γὰρ καὶ ἀπροσδεὲς ὅτι μάλιστα
ἐκείνων) ἀλλ' ὡς αὐτὸν τὰ μέγιστα ὠφελήσων, κακίας τε ἀφ-
έξει, καὶ ἀρετῆς μελέτη, καὶ ὁμολογία τῆς αἰτίας ἡμῖν τῶν
ἀγαθῶν. Pletho, de Virtut.

oooooooooooooooo

————— Te nihil attinet
Tentare multâ cæde bidentium
Parvos coronantem marino
Rore deos, fragilique myrto.
Immunis aram si tetigit manus,
Non sumptuosa blandior hostia
Mollibit averfos Penates
Farre pio et saliente micâ.

Hor. l. III. ode 23, 13-20.

oooooooooooooooo

Jurando, gratiam Scythas fancire, ne credideris.
Colendo fidem, jurant. Græcorum ista cautio est,
qui acta consignant, et deos invocant. Nos religi-
onem in ipsâ fide novimus. Qui non reverentur hō-
mines fallunt deos.

Q. Curt. l. VII. c. 8. [Scyth. legat. ad Alex.]

oooooooooooooooo

T ——— Scelus



— Scelus intra se tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet. — Juv. Sat. XIII. 209, 10.



Si bonus vir habeat hanc vim, ut, si digitis con-
crepuerit, possit in locupletium testamenta nomen
ejus irrepere, hâc vi non utatur, ne si exploratum
quidem habeat id omnino neminem unquam suspi-
caturum. Cic. Off. I. III.



— Οὐδ' ἐκεῖνό πω κατανεόηκας, οἶμαι, ὡς ἡ μὲν
ἀρετὴ ἐν ἔργοις δήπερ ἐστίν, οἷον ἐν τῷ δίκαια πράττειν, καὶ
σοφὰ, καὶ ἀνδρεία· ἐμεῖς δὲ, (τὸ δὲ ὑμεῖς, ὅταν εἶπω, τῆς
ἄκρας τῶν φιλοσοφούντων φημί,) ἀφέντες ταῦτα ζητεῖν καὶ
ποιεῖν, ῥημάτια δύσηνα μελετᾶτε, καὶ συλλογισμῶς, καὶ
ἀπορίας, — καὶ τὸν καρπὸν ἀτεχνῶς ἀφέντες, (ἔτος δὲ
ἦν περὶ τὰ ἔργα,) περὶ τὸν φλοιὸν ἀσχολεῖσθε, τὰ φύλλα
καταχέοντες ἀλλήλων, ἐν ταῖς ὁμιλίαις. Luciani Hermot.



Nihil ergo magis præstandum est quàm ne, peco-
rum ritu, sequamur antecedentium gregem, per-
gentes non quàm eundem est, sed quàm itur. —
Nemo sibi tantummodo errat; sed alieni erroris et
caussa et auctor est. Sen. de vitâ beatâ, c. 1.



— Opinionum enim commenta delet dies;
naturæ judicia confirmat. Cic. Nat. Deor. II. 2.



Nunquam aliud natura, aliud sapientia, dicit,
Juv. Sat. XIV. 321.



○○○○○○○○○○○○○○○○

In hoc fumus sapientes, quòd Naturam, optimam ducem, tanquam deum, sequimur, eique paremus. — Quid enim est aliud, gigantum more bellare cum diis, nisi Naturæ repugnare? Cic. de Sen.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Χρὴ — πάντα ποιεῖν ὡς ἀρετῆς καὶ φρονήσεως ἐν τῷ βίῳ μετασχεῖν· καλὸν γὰρ τὸ ἄθλον, καὶ ἡ ἐλπὶς μεγάλη.

Plat. Phæd. c. 46.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nunquam in tantum convalescet nequitia, nunquam sic contra virtutes conjurabitur, ut non philosophiæ nomen venerabile et sacrum maneat.

Sen. Epist. 14.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Οὐδεὶς ὅστις ἐκ ἀπραγμυνέστερος τῶν βίων ἔδοξέ μοι τῆ ἀνδρωπέει, μόναις ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ χρείαις ἐμμεμετρημένος· τελώνων δὲ ἵππον, ἢ συκοφάντην βάτραχον, ἢ σοφιστὴν κολοῖον, ἢ ὄψοποιὸν κώνωπα, ἢ κίναιδον ἀλεκτρούνα, καὶ τ' ἄλλα ὅσα ὑμεῖς ἐπιτηδεύετε, ἐκ ἂν ἴδοις ἐν ἐκείνοις.

Luc. Gall. et Micyll.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Vivere naturæ si convenienter oportet,
 Ponendæque domo quærenda est area primùm,
 Novistine locum potiolem rure beato?
 Est ubi plus tepeant hyemes? ubi gratior aura
 Leniat et rabiem Canis, et momenta Leonis,
 Cùm semel accepit solem furibundus acutum?
 Est ubi divellat somnos minùs invida cura?
 Deteriùs Libycis olet aut nitet herba lapillis?
 Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
 Quàm quæ per pronum trepidat cum murmure rivum?

Nempe inter varias nutritur sylvæ columnas ;
Laudaturque domus longos quæ prospicit agros.

Hor. Epist. l. I. ep. 10, 12-23.

oooooooooooooooo

Naturalia desideria finita sunt : ex falsâ opinione
nascentia, ubi desinant, non habent : nullus enim
terminus falso est. Viâ eunti aliquid extremum est :
Error immensus est. Sen. Epist. 16.

oooooooooooooooo

———— Sollicitæ tu causâ, pecunia, vitæ es.

Per te immaturum mortis adimus iter.

Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes.

Semina curarum de capite orta tuo.

Prop. l. III. el. 6, 1-4.

oooooooooooooooo

———— Solus ferrum mortemque timere

Auri nescit amor. ——— Lucan. III. 118, 119.

oooooooooooooooo

Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἔστι πάντων πλησμονή·

*Ἐρωτος — ἀρετῶν — μουσικῆς — τραγημάτων —

Τιμῆς — πλακέντων — ἀνδραγαθίας — ισχάδων —

Φιλοτιμίας — μάζης — στρατηγίας — φακῆς —

Σὺ δ' ἐγένετ' ἕδεις μεσὸς ἕδεπώποτε·

*Ἄλλ', ἢν τάλαντά τις λάβῃ τρισκαίδεκα,

Πολὺ μᾶλλον ἐπιδυμεῖ λαβεῖν ἑκκαίδεκα·

Κ' ἢν ταῦτ' ἀνύσῃ, τετταράκοντα βέλεται,

*Ἡ φησὶν ἕκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον.

Aristoph. Plutus, act. I. sc. 2.

oooooooooooooooo

Odium merita est Septimuleii avaritia : Ptolemæi
autem, regis Cypriorum, risu prosequenda : nam,
cùm anxiiis fordibus magnas opes corripuisset, prop-
terque

terque eas periturum se videret, et ideo, omni pecuniâ impositâ navibus, in altum processisset, ut classe perforatâ suo arbitrio periret, et hostes prædâ carerent, non sustinuit mergere aurum et argentum, sed futurum suæ necis præmium domum revexit. Procul dubio hic non possedit divitias, sed a divitiis possessus est; titulo, rex insulæ; animo, pecuniæ miserabile mancipium. Val. Max. l. IX. c. 4.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Imperat aut servit collecta pecunia cuique;
Tortum digna sequi, potiùs quàm ducere, funem.
Hor. Epist. l. I. ep. 10, 47, 8.

○○○○○○○○○○○○○○○○

————— λέγουσι πάντες ὡς
Δειλότατόν ἐσθ' ὁ Πλάτων. —————

Aristoph. Plut. act. I. sc. 2.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Apud me, divitiæ aliquem locum habent; apud te, summum. Ad postremum, divitiæ meæ sunt: tu divitiarum es. Sen. de vitâ beatâ, c. 22.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Habet Africanus millies, et tamen captat.

Fortuna multis dat nimis, fatis nulli.

Mart. l. XII. epig. 10.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Tam deest avaro quod habet, quàm quod non habet.
Ap. Quint. Inst. l. VIII. c. 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθε χρυσὸς
Κείμεν; ἔχ' ἄθε πλῆτω φρονέουσιν ὄνασις.

Theoc. Idyl. XVI. 22, 3.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Solebat

oooooooooooooooooooo

Solebat Attalus hâc imagine uti : Vidisti aliquando canem missa a domino frustra panis aut carnis aperto ore captantem ? Quicquid excepit protinus devorat, et semper ad spem futuri hiat. Idem evenit nobis : quicquid expectantibus fortuna projecit, id sine ullâ voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti et attenti.

Sen. Epist. 72.

oooooooooooooooooooo

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Juv. Sat. XIV. 139.

oooooooooooooooooooo

Γένος ἔδεν εἰς ἔρωτα·

Σοφίη, τρόπος, πατεῖται·

Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.

Ἄπόλοιτο πρῶτος αὐτός

Ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας·

Διὰ τῆτον ἔκ ἀδελφός,

Διὰ τῆτον ἔ τοκῆες·

Πόλεμοι, φόνοι, δι' αὐτόν.

Τὸ δὲ χειρὸν, ὀλλύμεσθα

Διὰ τῆτον οἱ φιλῶντες. Anac. 739-748.

oooooooooooooooooooo

Cùm consuleretur [Themistocles] utrum bono viro pauperi, an minùs probato diviti, filiam collocaret ; Ego verò, inquit, malo virum qui pecuniâ egeat, quàm pecuniam quæ viro.

Cic. Off. I. II.

oooooooooooooooooooo

Jupiter, admonitus nil esse potentius auro,

Corruptæ pretium virginis ipse fuit.

Dùm

Extēplō, simul pares esse cœperint, [fœminæ,]
superiores erunt. Liv. l. XXXIV. c. 3.

Scilicet uxorem cum dote, fidemque, et amicos,
Et genus, et formam, regina pecunia donat;
Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.

Hor. Epist. l. I. ep. 6, 36-38.

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχῃ, καὶ πάντα κρατήσεις.

Orac. Pyth.

Nominibus mollire licet mala : fusca vocetur
Nigrior Illyricâ cui pice sanguis erit.

Si pæta est, Veneri similis : si flava, Minervæ.

Sit gracilis, macie quæ malè visa fuâ est.

Dic agilem, quæcunque brevis ; quæ turgida, plenam :

Et lateat vitium proximitate boni.

Ov. Ars Am. l. II.

Jam pridem equidem nos vera rerum vocabula a-
misimus ; quia, bona aliena largiri, liberalitas ;
malarum rerum audacia, fortitudo, vocatur.

M. P. Cato, ap. Sall. B. Cat. c. 55.

Ἡ γὰρ ἔρωτι

Πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.

Theoc. Idyll. VI. 19, 20.

Nigra μελίχροσ est ; immunda et foetida, ἀκοσμος

Σαΐα, Παλλάδιον nervosa et lignea, δερκάς

Parvola, pumilio, χαρίτων ἴα, tota merum fal ;

Magna

Magna atque immanis, κατάπληξις, plenaque honoris :
 Balba loqui non quit, τραυλίζει· muta pudens est ;
 At flagrans, odiosa, loquacula, λαμπάδιον fit :
 Ἴσχυρόν ἔρωμένον tum fit quom vivere non quit
 Præ macie ; ῥαδινὴ verò est jam mortua tussi :
 At gemina et mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho :
 Simula Σιληνὴ ac satyra 'st ; labiosa, φίλημα.

Lucret. l. IV. 1153-62.

oooooooooooo

In quibusdam virtutes non habent gratiam : in
 quibusdam vitia ipsa delectant.

Quint. Inst. l. XI. c. 3.

oooooooooooo

ὦ Ἐτεόκλιτοι Χάριτες θεαί, —————
 Καλλείψω δ' ἔδ' ὑμμε· τί γαρ Χαρίτων ἀγαπατὸν
 Ἄνθρώποις ἀπάνευθεν ; αἰεὶ Χαρίτεσσιν ἄμ' εἶην.

Theoc. Idyl. XVI. 104-9.

oooooooooooo

Auferimur cultu : gemmis auroque teguntur
 Omnia : pars minima est ipsa puella sui.
 Sæpe, ubi fit quod amas, inter tam multa, requiras :
 Decipit hâc oculos ægide dives amor.

Ov. Rem. Am. l. I.

oooooooooooo

Munditiæ, et ornatus, et cultus, hæc fœmina-
 rum insignia sunt : his gaudent et gloriantur : hunc
 MUNDUM muliebrem appellârunt majores nostri.

Liv. l. XXXIV. c. 7.

oooooooooooo

— Jam nulla viro juranti fœmina credat ;
 Nulla viri speret sermone esse fideles ;
 Qui, dum aliquid cupiens animus prægestit apisci,

U

Nil

Nil metuunt jurare, nihil promittere parcunt :
Sed, simulac cupidæ mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere, nihil perjuriam curant.

Catull. carm. 64.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

— Τὸ δὲ μέγιστον, ὑφορᾶσθαι δεῖ τῆς φιλτάτης μά-
λισσα, καὶ ἐκείνων αἰεὶ τι δεινὸν ἤξειν ἐλπίζειν. Ὁ μὲν γὰρ
ὑπὸ τῆ παιδὸς ἀπέθανεν ἐκ φαρμάκων, ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ
τῆ ἐρωμένη· τὸν δὲ ἄλλον ἴσως ὁμοίωτροπος θάνατος κατέλα-
βεν.

Lucian. Micyl. et Gall.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Fallere credentem non est operosa puellam

Gloria : simplicitas digna favore fuit.

Ov. Epist. II. Phil. Demoph.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

— Aperte enim vel odisse magis ingenuum
est, quàm fronte occultare sententiam.

Cic. de Amicit.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Nox, et amor, vinumque, nihil moderabile suadent.

, Illa pudore vacat ; Liber Amorque metu.

Ov. Amor. l. I. el. 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Οἷσθ' οἷαι νέε ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι·

Κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτή δέ τε μῆτις.

Hom. Il. XXIII. 589, 90.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Voluptates, blandissimæ dominæ, sæpe majores
partes animi a virtute detorquent ; et, dolorum cùm
admoventur faces, præter modum plerique exter-
rentur.

Cic. Off. l. II.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

— Quid

oooooooooooooooo

————— Quid enim necesse est, tanquam me-
retricem in matronarum cœtum, sic voluptatem
in virtutum concilium, adducere ?

Cic. de Fin. II. 4.

oooooooooooooooo

Quicquid fervatur, cupimus majus ; ipsaque furem
Cura vocat. ——— Ov. Amor. l. III. el. 4.

oooooooooooooooo

Cui peccare licet, peccat minùs ; ipsa potestas
Semina nequitiaë languidiora facit. Id. ibid.

oooooooooooooooo

Ubi tranquilla tibi omnia videntur, ibi nocitura
non defunt, sed quiescunt. Semper futurum ali-
quid, quod te offendat, existima. Gubernator nun-
quam ita totos sinus explicuit securus, ut non ex-
pedita ad contrahendum armamenta disponderet.

Sen. de Irâ. l. II. c. 31.

oooooooooooooooo

Helleborum frustra, cùm jam cutis ægra tumebit,
Poscentes videas. Venienti occurrite morbo.

Perf. Sat. III. 63, 4.

oooooooooooooooo

Ἀπελπισθεῖς ——— ὁ ἔξωσ ἔδεμίαν ἔχει φειδῶ τῆ ἐρωμένῃ,
τρέπειν δὲ φιλεῖ τὴν ἀποτυχίαν εἰς τιμωρίαν.

Heliod. Hist. Æthiop. VIII. 5.

oooooooooooooooo

————— Neque fulvus aper mediâ tam sævus in irâ,
Fulmineo rabidos dum rotat ore canes ;
Nec lea, cùm catulis lactentibus ubera præbet ;
Nec brevis ignaro vipera læsa pede ;

Fœmina quàm, focii deprensâ pellice lecti,
Ardet; et in vultu pignora mentis habet.

Ov. Ars Am. l. II.

oooooooooooooooo

Nec regna focium ferre, nec tedæ, sciunt.

Sen. Agamem. 257.

oooooooooooooooo

— Γυνή ἄρ, τ' ἄλλα μὲν φόβῳ πλέα,

Κακὴ δ' εἰς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾷν

Ὅταν δ' εἰς εὐνήν ἠδικημένη κύρη,

Οὐκ ἔστιν ἄλλη φρεὴν μισαιφονώτερα.

Eurip. Medea.

oooooooooooooooo

Quamdiu quidem nihil tam intolerabile nobis videtur ut nos expellat e vitâ, iram in quocunque erimus statu removeamus. Perniciosa est fervientibus: omnis enim indignatio in tormentum suum proficit, et imperia graviora sentit, quo contumaciùs patitur. Sic laqueos fera, dum jaçtat, astringit; sic aves viscum, dum trepidantes excutiunt, plùmibus omnibus illinunt. Nullum tam arctum est jugum, quod non minùs lædat ducentem quàm repugnantem.

Sen. de Irâ, l. III. c. 16.

oooooooooooooooo

Ita vita est hominum, quasi cùm ludas tesseris:
Si illud, quod maximè opus est jaçtu, non cadit,
Illud, quod cecidit fortè, id arte ut corrigas.

Ter. Adelph. act. IV. sc. 7.

oooooooooooooooo

Hæc quidem natura mortalium est, ut nihil magis placeat quàm quod amissum est. Iniquiores sumus
adversus

adversus relicta, ereptorum desiderio. — Sen. de
Consolat. ad Marc. c. 16. — Absentes, enim,
abfuturosque, dum viverent, non flemus, quamvis
omnis usus illorum nobis, et conspectus, ereptus sit.
Opinio est ergo quæ nos cruciat. — Cap. 19.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Accii similitudinem non modò jam ad invidiam,
sed ad fortunam, transferam; quam existimo, levem
et imbecillam, animo firmo et gravi, tanquam fluc-
tum a saxo, frangi oportere.

Cic. Epist. l. IX. ep. 16.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ἐλπίς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλή ἐνεσιν·

Ἄλλοι δ' οὐλυμπόνδε ἐκπρολιπόντες ἔβαν.

Ῥήχεται μὲν Πίσις, μεγάλη θεὸς ῥήχεται δ' ἀνδρῶν

Σωφροσύνη· Χάριτες τ', ὧ φίλε, γῆν ἔλιπον.

Theogn. 1131-34.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Iniquissimum est desperationes vocari, quoties re-
medium medicina non invenit; et angustias, sive
artis, sive mentis humanæ, ad invidiam referre fa-
torum. Nihil magis interesse omnium puto, quàm
ut spes pro homine tam longa quàm vita sit.

Quintil. Decl. VIII.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Sperat infestis, metuit secundis,

Alteram fortem benè præparatum

Pectus. Informes hyemes reducit

Jupiter: idem

Summovet. Non, si malè nunc, et olim

Sic erit. Quondam citharâ tacentem

Suscitat

Suscitat Musam ; neque semper arcum

Tendit Apollo.

Hor. l. II. ode 10, 13-20.

oooooooooooooooo

Ii optimè miseras ferunt qui abscondunt. Nec
ulla est tam familiaris infelicibus patria quàm soli-
tudo et statûs prioris oblivio. Nam, qui multum
suorum misericordiâ ponunt, ignorant quàm celeri-
ter lachrymæ inarescant. Nemo fideliter diligit
quem fastidit : nam et calamitas querula est, et su-
perba felicitas.

Q. Curt. l. V. c. 5.

oooooooooooooooo

— Αποκλαῦσαι κ' ἀποδύρεσθαι τύχας,

Ἐνταῦθα ὅπη μέλλει τις οἴσεσθαι δάκρυ

Πρὸς τῶν κλυόντων, ἀξίαν τριβὴν ἔχει.

Æschyl. Prometh.

oooooooooooooooo

Crescit dissimulatione ipsâ dolor ; hoc altiùs de-
missus, quo minùs profiteri licet.

Justin. l. VIII. c. 5.

oooooooooooooooo

— Est quædam flere voluptas.

Expletur lachrymis, egeriturque dolor.

Ov. Trist. l. IV. el. 3, 37, 8.

oooooooooooooooo

Nullus dolor est quem non longinquitas temporis
minuat atque molliat.

Sulpic. ad Cic. l. IV. ep. 5.

oooooooooooooooo

Ut enim crudum adhuc vulnus medentium ma-
nus reformidat, deinde patitur atque ultrò requirit ;
sic recens animi dolor consolationes rejicit ac refu-
git ;

git; mox desiderat, et clementer admotis acquiescit.

Plin. Epist. l. III. ep. 16.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Omnes humanos sanat medicina dolores.

Solus amor morbi non amat artificem.

Propert. l. II. el. 1, 59, 60.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Φέρειν δ' ἐλαφρῶς

Ἐπαυχένιον λαβόντα

Ζυγὸν ἀρήγει· ποτὶ κέντρον δέ τοι

λακτιζέμεν τελέθει

Ὀλισθερὸς οἶμος. — Pind. Pyth. 2.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Equidem et hæc, et omnia quæ homini accidere possunt, sic fero, ut philosophiæ magnam habeam gratiam, quæ me non modò ab sollicitudine abducit, sed etiam contra omnes fortunæ impetus armat: tibi que idem censeo faciundum; nec, a quo culpa absit, quidquam in malis numerandum.

Cic. Epist. l. XII. ep. 23.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Εἴ με φιλεῖς, ἔργω με φίλει, καὶ μὴ μ' ἀδίκει σὺ,

Ἄρχῆν τῆ βλάπτειν τὴν φιλίην δέμενος·

Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐγὼ πολὺ κρείσσονα φημὶ

τὴν φανεράν ἔχθραν τῆς δολερῆς φιλίας.

Φασὶ δὲ καὶ νήεσσιν ἀλιπλανέεσσι χερεῖας

τὰς ὑφάλης πέτρας τῶν φανερῶν σπιλάδων.

Lucil. Epig.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Non tam benè cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi turba est.

Sen. de vitâ beatâ, c. 2.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Summum

ΣΕ. ΨΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟ

Summum crede nefas animam præferre pudori ;
Et, propter vitam, vivendi perdere causas.

Juv. Sat. VIII. 83, 4.

ΘΟΟΟ ΟΟΟΟ ΨΟΟΟ ΟΟΟΟ

Sæpe minus est constantiæ in rubore quàm in
culpâ. Q. Curt. I. IX. c. 7.

ΘΟΟΟ ΟΟΟΟ ΨΟΟΟ ΟΟΟΟ

————— Ἐπειὴ τίσις ἔκ' ἔτ' ὀπηδεῖ
Ἄνδράσι λευγαλείοισι, κακῆ δ' ἄρα πολλάκις ἐσθλὸς
Συμφέρετ' ἄλγεσι μᾶλλον, ἔχει δ' ἀλληκτον οἰζύν·
Τῦνεκ' ἄρ' ἔτε δίκην τις ἔθ' ἄζεται, ἕδε τις αἰδῶς
Ἔστι παρ' ἀνθρώποισιν. —————

Q. Calab. XIV. 428-432.

ΘΟΟΟ ΟΟΟΟ ΨΟΟΟ ΟΟΟΟ

Nulli se dicit mulier mea nubere malle
Quàm mihi ; non si se Jupiter ipse petat.
Dicit : sed, mulier cupido quod dicit amanti,
In vento et rapidâ scribere oportet aquâ.
Catull. carm. 70.

ΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟ

—— Redire, cùm perit, nescit pudor.
Sen. Agamem. III.

ΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟ

Præcipitat quisque vitam suam, et futuri deside-
rio laborat, præsentium tedia.
Sen. de brev. vitæ, c. 7.

ΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟΟ

Vos ego nunc moneo. Felix quicumque dolore
Alterius discas posse carere tuo.
Non vos decipiant pendentia brachia collo,
Aut fallat blandâ sordida lingua prece.

Etsi

Etsi perque suos fallax jurârit ocellos,
Junonemque suam, perque suam Venerem,
Nulla fides inerit. Perjuria ridet amantum
Jupiter, et ventos irrita ferre jubet.

Tibull. l. IV. el. 6, 43-50.

oooooooooooooooo

————— Ἐπειδὴν γὰρ ἀπαξ ψυχὴ γεύσῃται ἡδονῶν ὑπὲρ
τὴν αὐτῆς χρεῖαν, κόρος τῶν προτέρων ἔχει, καὶ ἑτέρων ἐρεῖ.

Max. Tyr. Diss. XXXIV.

oooooooooooo

Non sic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto,
Quàm citò fœmineâ non constat fœdus in irâ,
Sive ea causâ gravis, sive ea causâ levis.

Propert. l. II. el. IX. 31-34.

oooooooooooo

Date frænos impotenti naturæ, et sperate ipsas
modum licentiæ facturâs, nisi vos faciatis.

Liv. l. XXXIV. c. 2.

oooooooooooo

Audio quid veteres olim moneatis amici :
Pone seram ; cohibe. Sed quis custodiet ipsos
Custodes ? cauta est, et ab illis incipit uxor.

Juv. Sat. VI. 345-7.

oooooooooooo

————— Neque amissos colores
Lana refert, medicata fuco ;
Nec vera virtus, cùm semel excidit,
Curat reponi deterioribus.

Hor. l. III. ode 5, 27-30.

oooooooooooo

Ubi semel recto deërratum est, in præceps perve-
nitur.

V. Paterc. l. II.

oooooooooooo

Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.

Ov. Fasti, I. 419.

————— Nimiùm ne crede colori :

Alba ligustra *cadunt* ; vaccinia nigra *leguntur*.

Virg. Ecl. II. 17, 18.

Maximum vivendi impedimentum est expectatio.
Perdis hodiernum. Quod in manu Fortunæ pos-
tum est, disponis ; quod in tuâ, dimittis.

Sen. de brev. vitæ, c. 9.

Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει·

Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστὶν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηραΐ·

Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστὶ, μαραίνεται ἀνίκα πίπτει·

Ἄ δὲ χιῶν λευκὰ, καὶ τάκεται ἀνίκα παχθῆ·

Καὶ κάλλος καλόν ἐστὶ τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῆ.

Theoc. Idyl. XXIII. 28-32.

Ita evenit in consiliis infelicibus, ut optima vide-
antur quorum tempus effugit. Tac. Hist. I. I.

Nec forma æternum, aut cuiquam est fortuna perennis :

Longiùs, aut propiùs, mors sua quemque manet.

Prop. I. II. el. 28, 57, 58.

Indulge genio ; carpamus dulcia : nostrum est

Quòd vivis : cinis, et manes, et fabula fies.

Vive memor leti : fugit hora. Hoc, quod loquor,
inde est.

Perf. Sat. V. 151-3.

Non

oooooooooooooooo

Non semper violæ, nec semper lilia florent :
Et riget, amissâ, spinâ relicta, rosâ.

Ov. Ars Am. l. II.

oooooooooooooooo

Si, in occasionis momento, cujus prætervolat oportunitas, cunctatus paullum fueris, nequicquam mox amissam quæras.

Liv. l. XXV. c. 38.

oooooooooooooooo

———— Καίρὸς γὰρ —————
Μέγιστος ἔργῳ παντός ἐστ' ἐπιστάτης.

Soph. Electra.

oooooooooooooooo

Haud est virile terga Fortunæ dare.

Sen. Oedip. 86.

oooooooooooooooo

Si non blanda fatis, nec erit tibi comis amica,
Perfer et obdura : postmodo mitis erit.

Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus :

Franges si vires experiere tuas.

Obsequio tranantur aquæ ; nec vincere possis

Flumina, si contra, quàm rapit unda, nates.

Ov. Ars Am. l. II.

oooooooooooooooo

Infidelis recti magister est metus. Plin. Paneg.

oooooooooooooooo

————— Nec tam

Turpe fuit vinci, quàm contendisse decorum est.

Ov. Met. IX. 6.

oooooooooooooooo

Non benè distuleris videas quæ posse negari ;

Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum.

Expectant curæque, catenatique labores :

Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.

Hæc utrâque manu, complexuque assere toto :

Sæpe fluent imo sic quoque lapsa sinu.

Non est, crede mihi, sapientis dicere, Vivam.

Sera nimis vita est crastina : vive hodie.

Mart. l. I. epig. 16.

Eleganter Lælius ille sapiens, dicenti cuidam,
“ Sexaginta annos habeo,” “ Hos, inquit, dicis
“ sexaginta quos non habes ?” Ne ex hoc intelli-
gimus incomprehensibilis vitæ conditionem et for-
tem temporis semper alieni, quòd annos annumera-
mus omisso.

Sen. Quæst. Nat. VI. 32.

Οἷη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δὲ θ' ὕλη.

Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη.

Ὡς ἀνδρῶν γενεή, ἧ μὲν φύει, ἧ δ' ἀπολήγει.

Hom. Il. VI. 146-9.

Quum fata tenemus

Pelle moras. Brevis est magni fortuna favoris.

Sil. Ital. IV. 733; 4.

Cursus est certus ætatis, et via una naturæ, ea-
que simplex ; suaque cuique parti ætatis tempestivi-
tas est data.

Cic. de Senect.

Militiæ species amor est : discedite, fegnes :

Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.

Nox,

Nox, et hyems, longæque viæ, sævique dolores,
Mollibus his castris, et labor omnis inest.

Ov. Ars Am. l. II.

Misce stultitiam consiliis brevem.

Dulce est desipere in loco.

Hor. l. IV. ode 12, 27, 8.

Ἡδέα πάντα κέλευθα λάχεν βίος. Ἄγεῖ μέσσω,
Εὖχος, ἑταιρεῖαι· κρυπτὰ δόμοισιν ἄχη.
Ἄγρὸς τέξψιν ἄγει, κέρδος πλόος, ἀλλοδαπὴ χθῶν
Γνώσιας· ἐκ δὲ γάμων οἶκος ὁμοφρονέει·
Τοῖς δ' ἀγάμοις ἄφροντις αἰεὶ βίος· ἔρκος ἐτύχθη
Πατρὶ, τέκος· φρεῖδος τοῖς ἀγόνοισι φόβος.
Ἡνορέην νεότης, πολὴν φρένας· οἶδεν ὀπάζειν·
Ἐνθεν, θάρσος ἔχων, ζῶε, φύτευε γένος.

Juliani Epig.

Interdum quies inquieta est: et ideo ad rerum
actus excitandi, ac tractatione bonarum artium oc-
cupandi, sumus, quoties nos malè habet inertia sui
impatiens.

Sen. Epist. 56.

Paullum sepultæ distat inertiae

Celata virtus. — Hor. l. IV. ode 9, 29, 30.

Φιλεῖ πως τὸ ἀνδρώπειον ἔχ' ἔτω τὴν εὐπαθεῖν τῆς εὐδαι-
μονίας αἰσθάνεσθαι, ὡς καὶ δυσυχῆσαν ποθεῖν αὐτήν.

Dio Cass. l. LVI.

Sunt quibus ingratè timida indulgentia servit;

Et, si nulla subest æmula, languet amor.

Luxuriant

Luxuriant animi rebus plerumque secundis ;

Nec facile est æquâ commoda mente pati.

Ov. Ars Am. l. II.

oooooooooooooooo

Neminem adverſa fortuna comminuit, niſi quem
ſecunda decepit. Sen. de conf. ad Helv. c. 5.

oooooooooooooooo

————— Non ulla perenni
Amplexu Fortuna fovet. ——— Sil. Ital. VII. 244, 5.

oooooooooooooooo

Τύχη γὰρ ὀρδοῖ, καὶ τύχη καταρρέπει,
Τὸν εὐτυχῆντα τὸν τε δυστυχῆντ', αἰεὶ
Καὶ μάντις ἔδεις τῶν καδεσώτων βροτοῖς.

Soph. Antig. 1275-8.

oooooooooooooooo

Non temerè incerta caſuum reputat, quem for-
tuna nunquam decepit. Liv. l. XXX. c. 30.

oo .oooooooooooooooo

Vive velut raptò, fugitivaque gaudia carpe :
Perdiderit nullum vita reverſa diem.

Mart. l. VII. epig. 46.

oooooooooooooooo

Linquenda tellus, et domus, et placens
Uxor ; neque harum, quas colis, arborum,
Te, præter inviſas cupreſſos,
Ulla brevem dominum ſequetur.

Hor. l. II. ode 14, 21-4.

oooooooooooooooo

Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali.

Enn. ap. Cic. de Fin. II. 13.

oooooooooooooooo

Ut tela a duro reſiliunt, et cum dolore cædentis
ſolida feriuntur ; ita nulla magnum animum in-
juriâ

juria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit.

Sen. de Irâ, l. III. c. 5.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Explorant adversa viros ; perque aspera duro
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.

Sil. Ital. IV. 605, 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○

—— Μετὰ γάρ τε καὶ ἀλγεσι τέρπεται ἀνὴρ,

Ὅσιν δὴ μάλα πολλὰ πάθη καὶ πολλὰ ἐπαληθῆ.

Hom. Odyss. XV. 399, 400.

○○○○○○○○○○○○○○○○

—— Habet enim præteriti doloris secura recordatio delectationem.

Cic. Epist, l. V, ep. 12.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Non sentire mala sua, non est hominis ; et non
ferre, non est viri. Sen. de conf. ad Polyb. c. 36.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Conqueri fortunam adversam, non lamentari, decet :
Id viri est officium : fletus muliebri ingenio additu 'st.

Pacuv. ap. Cic. Disp. Tusc. II. 20.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Rebus in angustiis facile est contemnere vitam.

Fortiter ille facit qui miser esse potest,

Mart. l. XI. epig. 57.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat, intentus operi suo, Deus : ecce par Deo dignum, vir fortis cum malâ fortunâ compositus. — Non video, inquam, quid habeat in terris Jupiter pulchrius, si convertere animum velit, quàm ut spectet Catonem, jam partibus non semel fractis stantem, nihilominus inter ruinas publicas rectum.

Sen. de Provid. c. 2.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Justum



Justum et tenacem propositi virum
 Non civium ardor prava jubentium,
 Non vultus instantis tyranni,
 Mente quatit solidâ ; neque Auster,
 Dux inquieti turbidus Adriæ ;
 Nec fulminantis magna Jovis manus.
 Si fractus illabatur orbis,
 Impavidum ferient ruinæ.

Hor. l. III. ode 3, 1-8.



Τὸ ζῆν, τὸ δεδέσθαι, τὸ φυγαδευθῆναι, τὸ πιεῖν φάρμακον, τὸ γυναικὸς ἀφαιρεθῆναι, τὸ τέκνα ὀρφανὰ καταλείπειν, ταῦτα ἦν ἐν μέσῳ, οἷς ἔπαιζεν [Σωκράτης]. ἀλλ' ἔδεν ἤτιον ἔπαιζε, καὶ ἐσφαίριζεν εὐρύθμως. Arrian. l. II. c. 5.



Quis nescit nihil magis profuturum ad absolutio-
 nem Socrati fuisse, quàm si esset usus illo judiciali
 genere defensionis, et oratione summissâ conciliâset
 judicum animos sibi, crimenque ipsum sollicitè red-
 arguisset? Verùm id eum minimè decebat; ideo-
 que sic egit, ut qui pœnam suam honoribus summis
 esset æstimaturus: maluit enim vir sapientissimus
 quod superesset ex vitâ sibi perire, quàm quod præ-
 terisset: et, quando ab hominibus sui temporis pa-
 rùm intelligebatur, posterorum se judiciis reserva-
 vit, brevi detrimento jam ultimæ senectutis ævum
 seculorum omnium consecutus.

Quintil. Inst. l. XI. c. 1.



Marcet

oooooooooooo

Marcet sine adversario virtus. Tunc apparet
quanta sit, quantum valeat, quantumque polleat,
cum quid possit patientiâ ostendit.

Sen. de Provid. c. 2.

oooooooooooo

In steriles campos nolunt juga ferre juveni:
Pingue solum lassat, sed juvat ipse labor.

Mart. l. I. epig. 108.

oooooooooooo

Ἄλγεα μὲν περὶ ποσσὶ θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν,
Ἐσθλά δὲ πολλὸν ἄπωθε πόνον δὲ γε μέσσον ἔλασαν·
Τῆνεκα ῥηϊδίη μὲν ἐς ἀργαλήην κακότηλα
Αἰζηοῖσι κέλευθος, ἀνιηρὴ δ' ἐπὶ κῦθος,
Μέσφ' ὅτε τις σονόεντα πόνον διὰ ποσσὶ περήση.

Q. Calab. XII. 288-92.

oooooooooooo

Quam utile est ad usum secundorum per adversa
venisse!

Plin. Paneg.

oooooooooooo

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimiùm secundo
Turgida vela.

Hor. l. II. ode 10, 21-24.

oooooooooooo

Quicquid ex universi constitutione patiendum est
magno excipiatur animo. Ad hoc sacramentum
adaesti sumus, ferre mortalia, nec perturbari his
quæ vitare nostræ potestatis non est. In regno nati
sumus: Deo parere libertas est.

Sen. de vitâ beatâ, c. 15.

oooooooooooo

Y

— Quò

oooooooooooooooooooo

— Quò fata trahunt, retrahuntque, sequamur.
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Virg. Æn. V. 709, 10.

oooooooooooooooooooo

———— Κινδυνεύει τὸ λίαν εὐτυχεῖν ἐνίοτε ἑπαχθεῖς ποι-
εῖν.

Demosth. contra Mid. §. 33.

oooooooooooooooooooo

Ut primùm instantibus curis laxatus est animus
[Alexandri], militarium rerum quàm quietis otii-
que patientior, excepere eum voluptates ; et, quem
arma Persarum non fregerant, vitia vicerunt.

Q. Curt. I. VI. c. 2.

oooooooooooooooooooo

Nullò meliùs nomine de nobis Natura meruit,
quàm quòd, cùm sciret quibus ærumnis nasceremur,
calamitatum mollimentum, consuetudinem, inve-
nit, citò in familiaritatem gravissima adducens.
Nemo duraret si rerum adversarum eandem vim assi-
duitas haberet quam primus ictus.

Sen. de tranq. an. c. 10.

oooooooooooooooooooo

Dolor, in longinquitate, levis ; in gravitate,
brevis.

Cic. de Fin. I. 12.

oooooooooooooooooooo

Curæ leves loquuntur ; ingentes stupent.

Sen. Hippol. act. II. sc. 3.

oooooooooooooooooooo

Integer vitæ, scelerisque purus,
Non eget Mauri jaculis, neque arcu,
Nec venenatis gravidâ sagittis,
Fusce, pharetrâ ;

Sive per Syrtes iter æstuosas,
Sive facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ lōca fabulosus
Lambit Hydaspes.

Hor. l. I. ode 22, 1-8.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Animi est ista mollities, non virtus, inopiam
paullisper ferre non posse. Qui se ultrò morti of-
ferant faciliàs reperiuntur, quàm qui dolorem pati-
enter ferant. Ap. Cæs. Comm. B. G. l. VII.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Θαρσεῖν χρεῖ, φίλε Βάττε· τάχ' αὐριον ἔσσειτ' ἄμεινον·
Ἐλπίδες ἐν ζωῆσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες·
Ὡ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἰθέριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

Theoc. Idyl. IV. 41-3.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Fortium virorum est magis mortem contemnere,
quàm odisse vitam. Q. Curt. l. V. c. 9.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Nec illo voluntario ad hostes suos reditu [Reguli],
nec ultimo sive carceris sive crucis supplicio defor-
mata majestas : imò, his omnibus admirabilior,
quid aliud quàm victus de victoribus, atque etiam
(quia Carthago non cesserat) de Fortunâ triumphavit?
Florus, l. II. c. 2.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Magnos cruciatus habet morbus ; sed hos tolera-
biles intervalla faciunt : nam summi doloris intentio
invenit finem. Nemo potest valdè dolere et diù.
Sic nos amantissima nostri Natura disposuit, ut do-
lorem aut tolerabilem aut brevem faceret. Maximi

dolores consistunt in macerrimis corporis partibus. Nervi, articuli, et quicquid aliud exile est acerrimè sævit, cùm in arcto vitia concepit: sed citò hæ partes obstupescunt, et ipso dolore sensum doloris amittunt.

Sen. Epist. 78.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Πολλάκι δ' ἐξ ἀγαθοῦ πέλει κακόν, ἐκ δὲ κακοῦ
Ἔσθλόν, ἀμειβομένοιῳ πολυτλήτῃ βίῳτοιο.

Q. Calab. XIII. 476, 7.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. Fortem posce animum, mortis terrore carentem; Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat Naturæ; qui ferre queat quoscunque labores, Nesciat irasci, cupiat nihil, et potiores Herculis ærumnas credat, sævosque labores, Et Venere, et cœnis, et plumis, Sardanapali.

Juv. Sat. X. 356-362.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Fortitudo autem non est ea quæ contra naturam, monstri vicem, nititur, ultraque modum ejus egreditur, aut stupore animi, aut immanitate, aut quâdam miserâ et necessariâ in perpetiendis doloribus exercitatione: ——— sed ea vera et proba fortitudo est, quam majores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum et non tolerandarum.

A. Gell. N. Att. 1. XII. c. 5.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Stultis et fortunæ credentibus omnis videtur nova rerum et inopinata facies: magna autem pars est, apud imperitos, mali, novitas. Hoc ut tu scias,

ea

ea quæ putaverunt aspera, cùm assuevere, patiuntur. Ideò sapiens assuescit futuris malis ; et, quæ alii diù patiando levia faciunt, hic levia facit diù cogitando. Sen. Epist. 76.



Τὸ μὲν ἀπροσδόκητον ἀφόρητον* τὸ δὲ προεγνωσμένον αἰσθητέρον. Heliod. Hist. Æth. II. 24.



Cave miseri hominis auribus parcas. — Sæpe calamitatis solatium est nosse sortem suam.

Q. Curt. I. IV. c. 10.



————— Τοῖς νοσῆσί τι γλυκὺ
Τὸ λοιπὸν ἄλγος προξεπίσασθαι τορῶς. Æsch. Prometh.



Sæpe autem ne utile quidem est scire quid futurum sit : miserum est enim nihil proficientem angere, nec habere ne spei quidem extremum et tamen commune solatium. Cic. de Nat. Deor. III. 6.



*Ἔστιν μὲν ἕν ἵνα ἠδὲ μὴ λίαν φρονεῖν. Eurip. Iphig.



Στέργει γὰρ ἑδεῖς ἄγγελον κακῶν ἐπιῶν. Soph. Antig. 282.



Noli mala tua facere tibi ipsi graviora, et te querelis onerare. Levis dolor est si nihil illi opinio adjecerit. — — — — — Omnia ex opinione suspensa sunt. Non ambitio tantùm ad illam respicit, et luxuria, et avaritia : ad opinionem dolemus. Tam miser est quisque quàm credit. Sen. Epist. 78.



oooooooooooooooo

Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit. Subeunt morbi tristisque senectus ;
Et labor et duræ rapit inclementia mortis.

Virg. Georg. III. 66-68.

oooooooooooooooo

Ὁ κόσμος σκηνὴ, ὃ βίῳ πάροδος ἤλθεις, ἴδες, ἀπῆλθεις.
Democrat. Sent.

oooooooooooooooo

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.
Manil. Astron. IV. 16.

oooooooooooooooo

Maximum ergo solatium est, cogitare id sibi acci-
disse quod ante se passi sunt omnes, omnesque pas-
suri : et ideò mihi videtur rerum Natura, quod
gravissimum fecit, commune fecisse ; ut crudelita-
tem fati consolaretur æqualitas.

Sen. de consolat. ad Polyb. c. 21.

oooooooooooooooo

*Ἐφύ μὲν ἔδειξ ὅστις ἔ πονεῖ βροτῶν.
Θάπτετε τὰ τέκνα, χάτερ' αὖ κτῆται νέα,
Αὐτός τε θνήσκει· καὶ τὰδ' ἀχθονται βροτοὶ
εἰς γῆν φέροντες γῆν. Ἄναγκαίως δ' ἔχει
βίον θερύζειν, ὥστε κάεπιμον εἶσεν.

Eurip. Hypsip.

oooooooooooooooo

Infantes sumus, et senes videmur.
Ætatem Priami, Nestorisque,
Longam qui putat esse, Martiane,
Multùm decipiturque falliturque.
Non est vivere, sed valere, vita.

Mart. l. VI. epig. 70.

oooooooooooooooo

————— Omnes

oooooooooooooooo

————— Omnes una manet nox ;
 Et calcanda semel via læthi.
 Dant alios Furiae torvo spectacula Marti :
 Exitio est avidis mare nautis.
 Mista senum ac juvenum defantur funera : nullum
 Sæva caput Proserpina fugit.

Hor. l. I. ode 28, 15-20.

oooooooooooooooo

Ἐπιπὶς, καὶ σὺ, τύχη, μέγα χαίρετε τὸν λιμέν' εὖρον.
 Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν παίζετε τῆς μετ' ἐμέ.

Epig. anon.

oooooooooooooooo

Mors misera non est : aditus ad mortem miser est.
 Ap. Quintil. Inst. l. VIII. c. 6.

oooooooooooooooo

Τῆς καταλείψαντας γλυκερὸν φάος ἔκ' ἔτι θρηναῶ,
 Τῆς δ' ἐπὶ προσδοκίῃ ζῶντας αἰεὶ θανάτῃ.

Lucil. Epig.

oooooooooooooooo

Mors tum æquissimo animo oppetitur cùm suis se
 laudibus vita occidens consolari potest. Nemo pa-
 rùm diù vixit qui virtutis perfectæ perfecto functus
 est munere.

Cic. Disp. Tusc. I. 45.

oooooooooooooooo

———— Τὸ μὲν γὰρ τελευτῆσαι πάντων ἢ πεπερωμένη κατέ-
 κεινε· τὸ δὲ καλῶς ἀποθανεῖν ἴδιον τοῖς σπουδαίοις ἢ φύσις
 διένειμε.

Isoc. ad Demon.

oooooooooooooooo

Eheu ! quàm brevibus pereunt ingentia fatis !
 Imperium tanto quæsitum sanguinè, tanto
 Servatum, quod mille ducum peperere labores,
 Quod

Quod tantis Romana manus contexit annis,
Proditor unus iners angusto tempore vertit.

Claud. in Rufin. l. II.



Quos ante Cyrum invictos bella præstiterant, in
luxuriam lapsos, otium ac desidia superavit.

Justin. l. I. c. 7.



Dura satis miseris memoratio prisca bonorum ;
Et gravius summo culmine missa ruunt.

C. Gall. Eleg. l. I. 291, 2.



—— Οὐ γὰρ τὸ μὴ λαβεῖν τὰ ἀγαθὰ ἔτω χαλεπὸν,
ὡς περ τὸ λαβόντα σερηθῆναι λυπηρόν.

Xenophont. Cyrop. l. VII. c. 5.



—— Non capit unquam
Magnos motus humilis tecti
Plebeia domus :
Circa regna tonat.
Volat ambiguus
Mobilis alis hora, nec ulli
Præstat velox Fortuna fidem.

Sen. Hippol. 1134-40.



—— Πολύπλαγκτος ἐλπὶς
Πολλοῖς μὲν ὄνησις ἀνδρῶν,
Πολλοῖς δ' ἀπάτα·
Κυφονόων ἐρώτων.

Sophoc. Antig. 628-31.



Sæpiùs



Sæpiùs ventis agitur ingens
Pinus ; et celsæ graviore casu
Decidunt turre ; feriuntque summos
Fulmina montes.

Hor. l. II. ode 10, 9-12.



Τῶν δὲ μελλόντων τετυφλῶνται φράσαι·
Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
Ἐμπαλιν μὲν τέρψιος· οἱ δ', ἀνιαραῖς
Ἀντικύρσαντες ζάλαις,
Ἐσλὸν βαδὺ πῆματος ἐν μι-
κρῶ πέδαμειψαν χρόνῳ. — Pind. Olymp. 12.



Verisimile est aliquid futurum mali ? non statim
verum est. Quàm multa non expectata venerunt !
quàm multa expectata nunquam comparuerunt ! E-
tiam si futurum est, quid juvat dolori suo occurrere ?
Satis citò dolebis cùm venerit. Interim tibi me-
liora promitte. Sen. Epist. 13.



Φαμί γὰρ ἔκ ἀποτρέειν
Ἐλπίδα τὰν ἀγαθὰν
Χρῆναί σ'· ἀνάληγτα γὰρ ἔ-
δ' ὁ πάντων κραίων βασιλεὺς
Ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας,
Ἄλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ
Πᾶσι κυκλῆσ', οἷον Ἀρκτε
Στροφάδες κέλευθοι.
Μένει γὰρ ἔτ' αἰόλα νύξ
Βροτοῖσιν, ἔτε κῆρες,

Z

Οὔτε

Οὔτε πλῆτος, ἀλλ' ἄφαρ
Βέβηκε τῶδ' ἐπέχεται
Χαίρειν τε καὶ γέρεσθαι.

Soph. Trachin. 125-137.

oooooooooooooooo

Cras vives : hodie jam vivere, Posthume, ferum est.
Ille sapit, quisquis, Posthume, vixit heri.

Mart. l. V. epig. 59.

oooooooooooooooo

———— Sola [spes] hominem in miseriis conso-
lari solet. Cic. Orat. IV. in Cat.

oooooooooooooooo

———— Ἐλπὴ γὰρ, ὅτ' εἰς φρήνας ἀνδρῶς ἵκηται
Ἄμφ' ἀγαθῆ, σονόεσσαν ἀμαλδύνει κακότητα.

Q. Calab. l. I.

oooooooooooooooo

Quisnam igitur liber? Sapiens, sibi qui imperiosus;
Quem neque pauperies, neque mors, neque vin-
cula, terrent;

Respondere cupidinibus, contemnere honores,
Fortis, et in seipso totus teres atque rotundus,
Externi ne quid valeat per læve morari;
In quem manca ruit semper Fortuna.

Hor. Sat. l. II. sat. 7, 83-88.

oooooooooooooooo

Nihil homini Natura, quod necessarium faciebat,
fecit operosum. Sen. de consol. ad Helv. c. 11.

oooooooooooooooo

Pauperiem, modico contentus, semper amavi;
Et rerum dominus, nil cupiendo, fui.
Tu me sola tibi subdis, miseranda senectus;
Cui cedit quicquid vincere cuncta potest.

In te corruimus : tua sunt quæcunque fatiscunt :

Ultima quæque tuo conficis ipsa malo.

C. Gall. Eleg. I. 53-58.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Quod fatis est cui contingit, nihil amplius optet.

Non domus et fundus, non æris acervus et auri,

Ægroto domini deduxit corpore febres,

Non animo curas. —————

Hor. Epist. I. I. ep. 2, 46-49.

○○○○○○○○○○○○○○○○

— Ἐνεκ' ἔλομένης γαστρὸς κακὰ κήδε' ἔχουσιν.

Ἄνδρες. ————— Hom. Odyss. XV. 343, 4.

○○○○○○○○○○○○○○○○

C. Cæsar (quem mihi videtur rerum Natura edidisse ut ostenderet quid summa vitia in summâ fortunâ possent) centies sestertio cœnavit uno die; et, in hoc omnium adjutus ingenio, vix tamen invenit quomodo trium provinciarum tributum una cœna fieret. O miserabiles, quorum palatum nisi ad pretiosos cibos non excitatur! Pretiosos autem, non eximius sapor, aut aliqua faucium dulcedo, sed raritas, et difficultas parandi, facit.

Sen. de consolat. ad Helv. c. 9.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Ἐστὶ δὲ φύλον ἐν ἀν-

θρώποις ματαιότατον,

ὅστις αἰσχύων ἐπιχώ-

ρια παπτάνει τὰ πόρσω.

Pind. Pyth. ode 3.

○○○○○○○○○○○○○○○○

Γαστέρα δ' ἔστω πως ἐστὶν ἀποκρύψαι μεμαυῖαν,

οὐλομένην, ἣ πολλὰ κακὰ ἀνθρώποισι δίδωσι.

Τῆς ἑνεχεν καὶ νῆες εὐζυγοὶ ὀπλίσσονται

Πόντον ἐπ' ἀτρεύετον, κακὰ δυσμενέεσσι φέρουσαι.

Hom. Odyss. XVII. 286-9.

oooooooooooooooo

Semper avarus eget. Certum voto pete finem.

Hor. Epist. l. I. ep. 2, 56.

oooooooooooooooo

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος,

Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.

Hom. Il. XIII. 636, 7.

oooooooooooooooo

Qui cupit, aut metuit, juvat illum sic domus et res,
Ut lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,
Auriculas citharæ collectâ forde dolentes.

Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis acefcit.

Hor. Epist. l. I. ep. 2, 51-54.

oooooooooooooooo

Egros scimus nervos esse ubi invitis nobis moven-
tur. Senex aut infirmi corporis est, qui, cùm am-
bulare vult, currit. Animi motus eos putemus fa-
nissimos validissimosque, qui nostro arbitrio ibunt,
non suo ferentur. Sen. de Irâ, l. II. c. 35.

oooooooooooooooo

Quo, vefane, ruis? Teneas utrumque licebit

Oceanum; laxet rutilos tibi Lydia fontes;

Jungantur solium Cræsi Cyrique tiara;

Nunquam dives eris; nunquam satiabere quæstu.

Semper inops quicumque cupit. Contentus honesto,

Fabricius, parvo, spernebat munera regum;

Sudabatque gravi consul Serranus aratro;

Et casa pugnaces Curios angusta tegebat.

Hæc mihi paupertas opulentior; hæc mihi tecta

Culminibus

Culminibus majora tuis. Tibi quærit inanes
 Luxuries nocitura cibos ; mihi donat inemptas
 Terra dapes. Rapiunt Tyrios ibi vellera fucos,
 Et picturata saturantur murice vestes :
 Hic radiant flores, et prati viva voluptas,
 Ingenio variata suo. Fulgentibus illic
 Surgunt strata toris : hic mollis panditur herba,
 Sollicitum curis non abruptura soporem.
 Turba salutantum latas ibi perstrepat ædes :
 Hic avium cantus ; labentis murmura rivi.
 Vivitur exiguo melius. Natura beatis
 Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.
 Hæc si nota forent, frueremur simplice cultu ;
 Classica non fremerent ; non stridula fraxinus iret ;
 Non ventus quateret puppes, non machina muros.

Claud. in Rufin. l. I.

oooooooooooooooo

Ea, quæ a naturâ vim acceperunt, eandem in
 omnibus servant. Apparet non esse naturale quod
 varium est. Sen. de consolat. ad Marc. c. 7.

oooooooooooooooo

Mobilis et varia est fermè natura malorum.

Juv. Sat. XIII. 236.

oooooooooooooooo

Ἐν ᾧ δοκεῖς ἐλαχίστην σώματι χρείαν εἶναι, ἐν τῷ δια-
 νοεῖσθαι, τίς ἔκ οἶδεν ὅτι καὶ ἐν τούτῳ πολλοὶ μεγάλα σφάλ-
 λονται, διὰ τὸ μὴ ὑγιαίνειν τὸ σῶμα ; καὶ λήθη δὲ, καὶ
 ἀθυμία, καὶ δυσκολία, καὶ μανία, πολλάκις πολλοῖς, διὰ
 τὴν τῆς σώματος καχεξίαν, εἰς τὴν διάνοιαν ἐμπίπτουσιν, ὥ-
 τως ὥστε καὶ τὰς ἐπισημας ἐκβάλλειν.

Xenoph. Memorab. l. III. c. 12.

oooooooooooooooo

Πᾶν τὸ περιττὸν ἄκαιρον· ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιός,
Ὡς καὶ τῆ μέλιτος τὸ πλεον ἐστὶ χολή.

Epig. anon.

Ardescit vino vitium, viresque ministrat
Bacchus, et in flammam sævas exfuscitat iras.

Manil. Astron. V. 226, 7.

————— Οἶνος γὰρ ἀνώγει .

Ἥλιός, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ ἀεῖσαι,
καὶ θ' ἀπαλὸν γελάσαι, καὶ τ' ὀρχήσασθαι ἀνήκει,
καὶ τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ' ἀρρήτον ἄμεινον.

Hom. Odyss. XIV. 463-66.

Ludo autem et joco, uti illis quidem licet; sed,
sicut somno et quietibus cæteris, tum cùm gravibus
seriisq; rebus satisfecerimus. Cic. Off. 1. I.

Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam;
Commissumque teges, et vino tortus et irâ.

Hor. Epist. 1. I. ep. 18, 37, 8.

————— Ὅταν γὰρ ὁ τῆς ὑπ' οἴνου διαφθαρή, ταυτὰ πάσ-
χει τοῖς ἄρμασι τοῖς τῆς ἡνιόχης ἀποβάλλουσιν.

Isoc. Epist. ad Dæmonic.

Nemo satis credit tantum delinquere quantum
Permittas: adeo indulgent sibi latiùs ipsi.

Juv. Sat. XIV. 233, 4.

————— Ut enim venustas et pulchritudo corporis
fecerni non potest a valetudine, sic hoc, de quo lo-
quimur,

quimur, decorum, totum quidem illud est cum virtute confusum; sed mente et cogitatione distinguitur.

Cic. Off. 1. I.

oooooooooooooooo

Οὐκ εἶπον ὡς καλὸς εἶ· γυνὴ γάρ τῶν ὄντων ἐστὶ κάλλιστον·
ἐδ' ὡς δεινὸς συμπιεῖν· σπογγιάς ἔπαινον ὑπολαμβάνων τῆτον
εἶναι.

Æschin. de falsâ legat.

oooooooooooooooo

Quod loco sapientiæ est, alienam stultitiam operiebantur.

Tac. Hist. 1. II.

oooooooooooooooo

Οἶνός σε τρώει μελιθεῆς, ὅς τε καὶ ἄλλης
βλάπτει, ὅς ἂν μιν χανδὸν ἔλη, μηδ' αἴσιμα πίνη.
Οἶνος καὶ κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα
Ἄασεν ἐν μεγάρῳ μεγαθύμῳ Πειριθόοιο
Ἐς Λαπίδας ἔλθόντ'· ὁ δ' ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἴνω,
Μαινόμενος κάκ' ἔρεξε δόμον κάτα Πειριθόοιο.

Hom. Odysf. XXI. 293-8.

oooooooooooooooo

Poetæ, quid quemque deceat, ex personâ judicabunt: nobis autem personam imposuit ipsa Natura, magnâ cum excellentiâ præstantiâque animantium reliquorum.

Cic. Off. 1. I.

oooooooooooooooo

Quare vitia sua nemo confitetur? Quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare vigilantis est; et vitia sua confiteri sanitatis indicium est.

Sen. Epist. 53.

oooooooooooooooo

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo,
Et tenues Coâ veste movere sinus?

Aut

Aut quid Orónteâ crines perfundere myrrhâ,
 Teque peregrinis vendere muneribus ;
 Naturæque decus mercato perdere cultu,
 Nec finire in propriis membra nitere bonis ?
 Crede mihi, non ulla tuæ medicina figuræ est.
 Nudus Amor formæ non amat artificem.
 Aspice quos summittit humus formosa colores,
 Et veniant ederæ sponte suâ meliùs ;
 Surgat et in solis formosiùs arbutus antris,
 Et sciat indóciles currere lymphæ vias ;
 Littora nativos per se dent picta lapillos,
 Et volucres nullâ dulciùs arte canant.

Propert. ad Cynth. l. I. el. 2, 1-14.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

—— Φιλοκάλε δ'έγωγε αν εἶναι φαίνη τὰ τοιαῦτα, [καλλωπίσματα,] καὶ ἀξιῶντο· ἑαυτὸν τῶν καλῶν.

Ælian. Hist. Var. III. 24.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Est modus in rebus ; sunt certi denique fines,
 Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Hor. Sat. l. I. sat. 1, 106, 7.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

—— Ὅλως γὰρ ἔσθ' ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης ἐστίν, ἐδὲ μεσότητος ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις.

Aristot. Eth. l. II. c. 6.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Sua cuique proposita lex, suus decor est. Nec comœdia in cothurnos assurgit ; - nec, contrâ, tragœdia focco ingreditur. Quintil. Inst. l. X. c. 2,

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

————— Mulier rectè olet ubi nihil olet.
 Nam istæc veteres, quæ se unguentis unctitant, interpoles,

Vetulæ,

Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fucò oculunt,
 Ubi sese sudor cum unguentis confociavit, ilicò
 Itidem olent quasi cùm unà multa jura confudit cocus.
 Quid oleant nescias, nisi id unum, ut malè olere in-
 tellegas.

Plaut. Mostell. act. I. sc. 3.

oooooooooooooooo

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, γῆρας δὲ σὸν ἔποτε βάψεις,
 Οὐδὲ παρειῶν ῥυτίδας ἐκτανύσεις.
 Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε,
 Ὡσε προσωπεῖον, καὶ χὶ πρόσωπον, ἔχειν.
 Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστὶ τί μαίνεαι; ἔποτε φῦκος
 Καὶ ψιμύθος τεύξει τὴν Ἐκάβην Ἑλένην.

Lucil. Epig.

oooooooooooooooo

Plerumque facilius est plus facere quàm idem :
 tantam enim difficultatem habet similitudo, ut ne
 ipsa quidem natura in hoc ita evaluerit ut non res
 quæ simillimæ videantur discrimine aliquo discer-
 nantur. Adde quòd quicquid alteri simile est ne-
 cesse est minus sit eo quod imitatur ; ut umbra cor-
 pore, et imago facie, et actus histrionum veris af-
 fectibus.

Quintil. Inst. I. X. c. 2.

oooooooooooooooo

Diversos diversa juvant : non omnibus annis

Omnia conveniunt : res priùs apta nocet.

Exultat levitate puer, gravitate senectus :

Inter utrumque manens stat juvenile decus.

Hunc tacitum tristemque decet : fit clarior ille

Lætitiâ, et linguæ garrulitate suæ.

A a

Cuncta

Cuncta trahit secum vertitque volubile tempus,
Nec patitur certâ currere quemque viâ.

C. Gall. El. I. 103-110.

————— Sic enim est faciendum, ut contra natu-
ram universam nihil contendamus : eâ tamen con-
servatâ, propriam naturam sequamur. —————

Id enim maximè decet quod est cuiusque suum
maximè. Cic. Off. I. I.

Κάλλος ἀνευ χαρίτων τέρπει μόνου, ἔ κατέχει δε,
Ὡς ἄτερ ἀγχίστερ νηχόμενον δέλεαρ.

Nicarc. Epig.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
Quam scit uterque, libens, censebo, exerceat artem.

Hor. Epist. I. I. ep. 14, 43, 4.

Πᾶσι δ' ἄρ' ἀνθρώποισι ὁμὸν γένος· ἀλλ' ἐπὶ ἔργα
στρωφῶντ' ἄλλος ἐπ' ἄλλα· πέλει δ' ἄρα κείνο φέρισον
Ἔργον ὅ,τι φησὶν ἧσιν ἐπιζάμενος πονήτῃαι.

Q. Calab. I. I.

Ut enim de pictore, sculptore, fictore, nisi arti-
fex, judicare, ita nisi sapiens non potest perspicere
sapientem,

Plin. I. I. epist. 10,

Homine imperito nunquam quidquam injustius :
Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.

Ter. Adel. act. I. sc. 2.

Aurum,

oooooooooooooooo

Aurum, et opes, et rura, frequens donabit amicus :
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Mart. l. VIII. epig. 18.

oooooooooooooooo

Est rerum omnium magister usus.

Cæs. Comm. Be'. Civ. l. II.

oooooooooooooooo

Stat dubius tremulusque senex, semperque malorum
Credulus, et stultus quæ facit ipse timet.

Laudat præteritos, præsentis despicit annos :

Hoc tantum rectum, quod sapit ipse, putat.

Se solum doctum, se judicat esse peritum ;

Et, quod sit sapiens, desipit inde magis.

C. Gall. El. I. 195-200.

oooooooooooooooo

Memoria minuitur [in senectute]. Credo, ni
eam exerceas. ——— Nec verò quenquam senum
audivi oblitum quo loco thesaurum obruisset. Om-
nia, quæ curant, meminerunt. Cic. de Senect.

oooooooooooooooo

——— Vitio autem malignitatis humanæ, vetera
semper in laude, præsentia in fastidio.

Quintil. (al. Tacit.) de caus. corr. eloq.

oooooooooooooooo

——— Οὐ πάντεσσι θεὸς χαρίεντα δίδωσιν
Ἀνδράσιν, ἔτε φυῆν, ἔτ' ἄρ' φρένας, ἔτ' ἀγορητύν.
Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνῆρ,
Ἄλλὰ θεὸς μορφῆν ἔπεισι γέφει, οἱ δέ τ' εἰς αὐτὸν
τερπόμενοι λείσσεσιν, ὃ δ' ἀσφαλῆως ἀγορεύει
αἰδοῖ μελιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν,
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστρ' θεὸν ὡς εἰσορῶσιν.

Ἄλλος δ' αὖ εἶδος μὲν ἀλίγκιος ἀθανάτοισιν,

Ἄλλ' ἔχ' οἱ χάρις ἀμφιπεριτρέφεται ἐπέεσσιν.

Hom. Odyss. VIII. 167-175.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Qui gratè beneficium accipit primam ejus pensio-
nem solvit.

Sen. de Benef. l. II. c. 22.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Liberalitatem jucundiozem debitor gratus, cla-
riorem ingratus, facit.

Plin. Paneg.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

—— Τῷ μὲν ἔν πεποιηκότῃ μένει τὸ ἔργον· τὸ καλὸν
γὰρ πολυχρόνιον, τῷ δὲ παδόντι τὸ χρέσιμον παροίχεται.

Aristot. Eth. l. IX. c. 9.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

—— Sequi enim gloria, non appeti, debet:
nec, si casu aliquo non sequatur, idcirco quod glo-
riam non meruit minus pulchrum est.

Plin. Epist. l. I. epist. 8.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Si ea, quæ acceperis utenda, majore mensurâ, si
modò possis, jubet reddere Hesiodus; quidnam, be-
neficio provocati, facere debemus? an non imitari
agros fertiles, qui multò plus afferunt quàm acce-
perunt?

Cic. Off. l. I.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Quisquis autem de accipiendo cogitat oblitus ac-
cepti est: nec ullum habet malum cupiditas majus
quàm quòd ingrata est.

Sen. Epist. 73.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Quî melior servo, quî liberior, fit avarus,
In triviis fixum cùm se demittit ob assem,

Non

Non video: nam, qui cupiet, metuet quoque; porro,
Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.

Hor. Epist. l. I. ep. 16, 63-66.

oooooooooooooooo

————— Ἀνδρὶ τοῖ χρεῶν
Μνήμην προσεῖναι τερπνὸν εἴ τί πῃ πάδοι·
Χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἢ τίκτωσ' αἰεί.
Ὅτῃ δ' ἀπορῆεῖ μνήσις εὖ πεπονθότος,
Οὐκ ἂν γένοιτό ποδ' ἔτος εὐγενῆς ἀνῆρ.

Soph. Ajax Flag. 521-5.

oooooooooooooooo

————— Nimirum enim inops ille, si bonus est vir,
etiamsi referre gratiam non potest, habere certè po-
test. Commodè autem, quicumque dixit; pecu-
niam qui habeat non reddidisse, et qui reddiderit
non habere; gratiam autem et qui retulerit habere,
et qui habeat retulisse. Cic. Off. l. II.

oooooooooooooooo

Qui festinat utique reddere non habet animum
grati hominis, sed debitoris. Et ut, breviter, qui
nimis citò cupit solvere invitus debet, qui invitus
debet ingratus est. Sen. de Benef. l. IV. c. 40.

oooooooooooooooo

Est animi ingenui, cui multum debeas, eidem
plurimum velle debere. Cic. Epist. l. II. ep. 6.

oooooooooooooooo

Odi dolosas munerum et malas artes.
Imitantur hamos dona: namque quis nescit
Avidum voratâ decipi scarum muscâ?
Quoties amico diviti nihil donat,
O Quinctiane, liberalis est pauper.

Mart. l. V. epig. 18.

oooooooooooooooo

————— Grave

———— Grave est enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo de quo se benè meritum putet ; ne id quod petat exigere magis quàm rogare, et in mercedis potiùs quàm beneficii loco numerare, videatur. Cic. Epist. I. II. ep. 6.

Leve æs alienum debitorem facit ; grave, inimicum. Sen. Epist. 19.

Parva munera diutina, locupletia non propria esse consueverunt. Cor. Nep. in Thrasyb.

Odiotum fanè genus hominum officia exprobrantium ; quæ meminisse debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Cic. de Amic.

Ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μεμνήσθαι τὸν πάντα χρόνον, τὸν δὲ εὖ ποιήσαντα εὐδὺς ἐπιλελῆσθαι, εἰ δεῖ τὸν μὲν χρηστῶ, τὸν δὲ μὴ μικροψύχῃ, ποιεῖν ἔργον ἀνθρώπων· τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ὑπομιμνήσκειν καὶ λέγειν μικρῶ δεῖν ὁμοίον ἐστὶ τῷ ὀνειδίσειν. Demost. de Coronâ, §. 34.

———— Multi

Committunt eadem diverso crimina fato :
Ille crucem, sceleris pretium, tulit : hic diadema.
Juv. Sat. XIII. 103-5.

Est omnino iniquum, sed usu receptum, quòd honesta consilia vel turpia, prout malè aut prosperè cedunt, ita vel probantur vel reprehenduntur. Inde plerumque eadem facta modò diligentia, modò vanitatis,

nitatis, modò libertatis, modò furoris, nomen accipiunt. Plin. l. V. ep. ult.

oooooooooooo

Ille,* deo plenus, tacitâ quem mente gerebat,
Effudit dignas àdytis e pectore voces. —
Quid quæri, Labiene, jubes? An liber in armis
Occubuisse velim potiùs quàm regna videre?
An sit vita nihil, sed longam differat ætas?
An noceat vis ulla bono? Fortunaque perdat,
Oppositâ virtute, minas? laudandaque velle
Sit fatis, et nunquam successu crescat honestum?
Scimus; et hoc nobis non altiùs inseret Ammon.

Lucan. IX. 564-572.

* Cato.

oooooooooooo

———— Haud ignarus, summa scelera incipi cum
periculo, peragi cum præmio. Tac. Ann. l. XII.

oooooooooooo

Nil habet infelix paupertas durius in se
Quàm quòd ridiculos homines facit. Exeat, inquit,
Si pudor est, et de pulvino surgat equestri,
Cujus res legi non sufficit; et sedeant hìc
Lenonum pueri, quocunque in fornice nati.

Juv. Sat. III. 152-6.

oooooooooooo

Ἐγὼ δ' ὅλως μὲν, ὅστις, ἀνδρωπος ὢν, ἀνδρώπῳ τύχην προ-
φέρει, παντελῶς ἀνόητον ἠγῶμαι· ἦν γὰρ ὁ τὰ βέλτιστα πράτ-
τει νομίζων, καὶ ἀρίστην ἔχειν οἰόμενος, ἕκ οἶδεν εἰ μενεῖ τοι-
αύτη μέχρι τῆς ἐσπέρας, πῶς χρὴ περὶ ταύτης λέγειν, ἢ πῶς
ὄνειδίζειν ἑτέρῳ;

Demost. de Cor. §. 33.

oooooooooooo

Audaciæ

Audaciæ quoque, quâ maximè viguit, ratio mi-
nui potest : quia nunquam in discrimen venit an te-
merè fecisset. Q. Curt. l. IV. c. 9.

Non semper temeritas est felix : et fraus fidem in
parvis sibi præstruit ; ut, cùm operæ pretium fit,
cum mercede magnâ fallat. Liv. l. XXVIII. c. 42.

Ἡ πολλὰ βροτοῖς ἐστὶν ἰδῆσι
Γινῶναι· πρὶν ἰδεῖν δ' ἔδειξ' μάντις
Τῶν μελλόντων ὅ,τι πράξει.

Soph. Ajax Flag. 1437-9.

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi. ——— Juv. Sat. III. 164, 5.

Πολλὰς δὲ ἀνάγκην γὰρ παντὸς οἶδ' ἐγὼ,
Ὅταν ἀτυχησῶσιν, γεγονότας, ἢ φύσει
ὄντας ταῖσ' αὐτοῖς. ——— Menand. κγ.

Quem pœnitet peccâsse penè est innocens.
Sen. Agamem. 241.

Quid leges, sine moribus,
Vanæ proficiunt, si neque fervidis
Pars inclusa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Duratæque solo nives,
Mercatorem abigunt ; horrida callidi
Vincunt æquora navitæ ?
Magnum, pauperies, opprobrium, jubet
Quidvis

Quidvis et facere et pati,
Virtutisque viam deserit arduæ.

Hor. l. III. ode 24, 35-44.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Διπλῆν — ὄντως ὁ τοιοῦτος προσλήφεται καταγέλωτα
δικαίως, καὶ τοῖς ἐμφροσιν ἀρετῶς, ὁ τῷ γέλωτι τῶν ἀδίκων
καὶ ἀνοήτων ἠττηθεὶς, μηδέν πρὸς αὐτὸν ὄντι εἰ τὴν ἔνστασιν
διεφύλαξε· μὴ διαφυλάξας δὲ, δίκαιον αὐτὸν καὶ ἐμφρονα γε-
νόμενον εἰς ἑαυτὸν ἐπεσπάσασατο. Simplic. c. 29.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Quantum quisque suâ nummorum servat in arcâ,
Tantum habet et fidei. Juret licet et Samothracum.
Et nostrorum aras, contemnere fulmina pauper
Creditur, atque deos, diis ignoscentibus ipsis.

Juven. Sat. III. 143-6.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Facilè omnes, cùm valemus, recta consilia ægrotis
damus. Ter. And. act. II. sc. 1.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Ἐλαφροῦς, ὅσις πημάτων ἔξω πόδα
ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὰς κακῶς
πράσσοντας. — Æschyl. Prometh.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Φιῦ! ἔκ ἐστὶ θνητῶν ὅσις ἐστ' ἐλεύθερος·
Ἡ χρημάτων γὰρ δαλός ἐστιν, ἢ τύχης,
Ἡ πλῆθος αὐτὸν πόλιος, ἢ νόμων γραφαί,
Εἴργουσι χεῖσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρέποις.

Eurip. Hecuba.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Avaritia verò senilis quid sibi velit non intelligo :
potest enim quidquam esse absurdius quàm, quo
minus viæ restat, eo plus viatici quærere?

Cic. de Senect.

○○○○○○○○○○○○○○○○○○

Ἀπήλαυε μὲν [ὁ πατὴρ Δημοκῆς] τῶν παρόντων ἀγαθῶν
ὡς θνητὸς, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθάνατος.

Iſoc. Epist. ad Demon.

Mendacior tanquam veneno utere. Sext. Pythag.

Στρεπτή δὲ γλῶσσο' ἐστὶ βροτῶν, πολέες δ' ἐνὶ μῦθοι,
Παντοίοι, ἐπίων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα.
Ὅπποῖον κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακέσαις.

Hom. Il. XX. 248-250.

Quid, de quoque viro, et cui dicas, sæpe videto.
Percontatorem fugito; nam garrulus idem est;
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures;
Et semel emissum volat irrevocabile verbum.

Hor. l. I. epist. 18, 68-71.

———— Pessimum inimicorum genus, laudantes.
Tac. Agric.

———— Fas est et ab hoste doceri.

Ov. Met. IV. 428.

Cæca invidia est, — nec quidquam aliud scit
quàm detrectare virtutes, corrumpere honores ac
præmia earum.

Liv. l. XXXVIII. c. 49.

Hoc animo semper fui, ut invidiam, virtute par-
tam, gloriam, non invidiam, putarem.

Cic. Orat. I. in Cat.



Nil mortalibus arduum est.

Coelum ipsum petimus stultitiâ ; neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Jovem ponere fulmina.

Hor. l. I. ode 3, 37-40.



Vis deos propitiare ? Bonus esto. Sen. Epist. 95.



Ἄθανάτῃς μὲν πρῶτα Θεὸς, νόμῳ ὡς διάκεινται,

Τίμα. ————— Pythag. Aur. Car. 1, 2.



Primus est deorum cultus, deos credere : deinde,
reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem ;
sine quâ nulla majestas est. Sen. Epist. 95.



Ego non mirer esse quenquam qui sibi persuadeat,
corpora quædam solida atque individua vi et gravi-
tate ferri, mundumque effici ornatissimum et pul-
cherrimum ex eorum corporum concursione fortuitâ ?
Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo cur
non idem putet, si innumerabiles unius et viginti
formæ literarum, vel aureæ vel quales libet, aliquò
conjiciantur, posse ex his, in terram excussis, An-
nales Ennii, ut deinceps legi possint, effici : quod
nescio anne, in uno quidem versu, possit tantum va-
lere fortuna. Cic. de Nat. Deor. II. 36.



Πότερά σοι δοκῶσιν οἱ ἀπεργαζόμενοι εἶδωλα ἄφρονά τε καὶ
ἀκίνητα ἀξιοθαυμαστότεροι εἶναι, ἢ οἱ ζῶα ἔμφρονά τε καὶ
ἐνεργά ; Πολὺν, ἢ Δία, οἱ ζῶα. Xen. Mem. I. 4.



Si est enim aliquid; in rerum naturâ, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod potestas humana, efficere non possit, est certè id, quod illud efficit, homine melius. Atqui res cœlestes, omnesque eæ quarum est ordo sempiternus, ab homine confici non possunt: est igitur id, quo illa conficiantur, homine melius. Id autem quid potiùs dixeris quam Deum?

Chrysis. ap. Cic. Nat. Deor. II. 6.

oooooooooooo

Γνώσεται ἔπειθ' ὅσον εἰμὶ θεῶν κάκιστος ἀπάντων.

Εἶδ' ἄγε, πειρήσασθε, θεοὶ, ἵνα εἴδετε πάντες·

Σειρῆν χρυσεῖην ἐξ ἕρανόθεν κρεμάσαντες,

Πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεοὶ, πᾶσαί τε θείαιαι·

Ἄλλ' ἐκ ἄν μ' ἐρύσαιτ' ἐξ ἕρανόθεν πεδίουδε,

Ζῆν' ὑπατον μήσωρ', εἰδ' εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε.

Ἄλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσσαι,

Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ', αὐτῇ τε θαλάσῃ.

Hom. II. VIII. 17-24.

oooooooooooo

Ne hoc quidem crediderunt, Jovem; qualem in Capitolio et in cæteris ædibus colimus, mittere manu fulmina; sed eundem, quem nos, Jovem intelligunt, custodem rectoremque universi, animum ac spiritum, mundani hujus operis dominum et artificem, cui nomen omne convenit. Vis illum Fatum vocare? non errabis: hic est ex quo suspensa sunt omnia, causa causarum., Vis illum Providentiam dicere? rectè dices: est enim cujus consilio huic mundo providetur, ut inconfusus eat, et actus suos explicet. Vis illum Naturam vocare?

non

non peccabis : est enim ex quo nata sunt omnia ;
cujus spiritu vivimus. Vis illum vocare Mundum ?
non falleris : ipse enim est totum quod vides, totus
suis partibus inditus, et se sustinens vi suâ.

Sen. Quæst. Nat. II. 45.

——— Consuetudo verò certissima loquendi magis-
tra ; utendumque planè sermone, ut nummo, cui
publica forma est. ——— Ut novorum optima erunt
maximè vetera, ita veterum maximè nova. ———
Consuetudinem sermonis vocabo consensum erudi-
torum, sicut vivendi consensum bonorum.

Quint. Inst. I. I. c. 6.

——— Οὐ γὰρ δυνατόν τηλικῶτον πῆδημα πηδῆσαι τὰς
ἡμετέρας ἐννοίας, ὡς παρισωθῆναι τῇ ἀξίᾳ τῶν πρώτων ἀρ-
χῶν, ἢ λέγω καὶ ὑπερπτήναι. Simplic. c. 38.

Tenuis enim natura deûm, longèque remota
Sensibus a nostris, animi vix mente videtur.

Lucret. V. 149, 50.

Si domum magnam pulchramque videris, non
possis adduci ut, etiam si dominum non videas, mu-
ribus illam, et mustelis, ædificatam putes : tantum
verò ornatum mundi, tantam varietatem pulchritu-
dinemque rerum cœlestium, tantam vim et magni-
tudinem maris atque terrarum, si tuum ac non deo-
rum immortalium domicilium putes, nonne planè
desipere videare ? Cic. N. Deor. II. 6.

Πρὸς δὲ τῦτοις, ἢ δοκεῖ σοι καὶ τὸ δὲ προνοίας ἔργον εἰσκέ-
ραι, τὸ, ἐπεὶ ἀσθενὴς μὲν ἐστὶν ἡ ὄψις, βλεφάροις αὐτὴν θυ-
ρῶσαι,

εἶσαι, ἃ, ὅταν μὲν αὐτῇ χρῆσθαι τι δέη, ἀναπετάσσεται,
ἐν δὲ τῷ ὕπνῳ συγκλείεται; ὡς δ' ἂν μηδὲ ἀνεμοὶ βλάπτωσιν,
ἠθμὸν βλεφαρίδας ἐμφῦσαι ————— ταῦτα ἔτι προνοητι-
κῶς πεπραγμένα, ἀπορεῖς πότερα τύχης ἢ γνώμης ἔργα εἰσὶ;

Xenoph. Mem. Soc. l. I. c. 4.

oooooooooooooooo

Ex ipsâ hominum follertiâ esse aliquam mentem,
et eam quidem acriorem et divinam, existimare de-
bemus. Unde enim hanc homo arripuit? ut ait,
apud Xenophontem, Socrates. — Cic. N. Deor. II. 6.

oooooooooooooooo

Mens quoque numen habet. — Ov. Fasti, VI. 241.

oooooooooooooooo

Habere nos animum, cujus imperio et impelli-
mur et revocamur, omnes fatebuntur: quid tamen
sit animus ille, rector dominusque nostri, non magis
tibi quisquam expediet quàm ubi sit. Alius illum
dicet esse spiritum, alius concentum quendam, alius
vim divinam et Dei partem, alius tenuissimum aë-
rem, alius incorporalem potentiam. Non deerit
qui sanguinem dicat, qui calorem. Aded animo
non potest liquere de cæteris rebus, ut adhuc ipse
se quærat.

Sen. Quæst. Nat. VII. 24.

oooooooooooooooo

————— Τοῖς δὲ φιλοσόφοις προειπεῖν, Μὴ ἀναπλάττειν
καινὰ ὀνόματα, μηδὲ ληρεῖν περὶ ὧν ἔκ' ἴσασι.

Luciani Dec. Bon. Fort:


oooooooooooooooo

Est deus in nobis: agitante calescimus illo.

Impetus hic sacræ femina mentis habet.

Ov. Fasti, VI. 5, 6.

oooooooooooooooo



Si meliora sunt ea quæ naturâ, quàm illa quæ arte, perfecta sunt, nec ars efficit quidquam sine ratione; ne natura quidem rationis expers est habenda.

Cic. Nat. Deor. II. 34.

His, quidam, signis,* atque hæc exempla secuti, Esse apibus partem divinæ mentis, et haustus Æthereos, dixere: Deum namque ire per omnes Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum. Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum, Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas. Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri, Omnia: nec morti esse locum; sed viva volare Sideris in numerum, atque alto succedere cœlo.

Virg. Georg. IV. 219-27.

* Solertiæ.

— Jovis omnia plena. Virg. Buc. ecl. III. 60.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕδατος, ἀργικέραυτος*
 Ζεὺς κεφαλῆ, Ζεὺς μέσσα· Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται*
 Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ ἔρανθ' ἀσερόεντος*
 Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη*
 Ζεὺς πνοὴ πάντων· Ζεὺς ἀκαμάτε πυρὸς ὄρμη*
 Ζεὺς πόντε ῥίζα· Ζεὺς ἥλιος ἠδὲ σελήνη*
 Ζεὺς βασιλεὺς· Ζεὺς ἀρχὸς ἀπάντων, ἀρχιγένεθλος*
 Πάντας γὰρ κρύψας αὐτὶς φάος ἐς πολύγηθες,
 Ἐξ ἱερῆς κραδῆς ἀνεπέγκατο μέγμερα ῥέζων.

Orph. Fragm.



F I N I S.